6 Vide supra p. 2 v. 32–37. – 17–48 Cf. Alb., Metaph. l. 1 tr. 1 c. 4. Ed. Colon. t. 16 p. 6 v. 25–46. – 27 Cf. Arist., Phys. l. 2 c. 2 (194 b 13); transl. vetus: Arist. Lat. VII,1/2 p. 55 v. 8–9. – 34 Vide supra v. 17–25. – 43–44 epistula – principio: Agitur de tractatu de universitatis principiis secundum mentem Aristotelis Alexandro Aphrodisiensi attributo. De hoc tractatu cf. Alb., Ethica l. 9 tr. 2 c. 5 (Ed. Paris. t. 7 p. 579b); Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 1 c. 6, l. 2 tr. 1 c. 1. Ed. Colon. t. 17,2 p. 13 v. 68–71, p. 61 v. 65–68; Alb., Probl. determ. q. 10. Ed. Colon. t. 17,1 p. 53 v. 6–8; Alb., Summa I tr. 3 q. 18 c. 1, tr. 4 q. 19 c. 3, tr. 9 q. 41 c. 2. Ed. Colon. t. 34,1 p. 88 v. 9–13, p. 95 v. 40–44, p. 322 v. 15–23; de Libera, Albert le Grand et la philosophie, 55–72; Endress, Alexander Arabus; Alexandre d'Aphrodise, Les principes du tout selon la doctrine d'Aristote. – 45 Avic., Philos. prima tr. 9 c. 2 (ed. Van Riet p. 463 v. 67–71). Cf. Endress, Alexander Arabus, 57–60; Alexandre d'Aphrodise, Les principes du tout selon la doctrine d'Aristote, 45–48. – 46–47 Cf. Eustr., In Eth. Nic. l. 6 c. 5 (ed. Heylbut p. 314 v. 4–18); transl. Gross.: ms. Eton Coll., 122, f. 112va; ms. Vat. lat. 2171, f. 110va. Cf. etiam Alb., Metaph. l. 1 tr. 1 c. 4. Ed. Colon. t. 16 p. 6 v. 37–46 cum nota 37; Anzulewicz / Krause, Albert der Große und sein holistisches Konzept, 166–167. – 52 – p. 4 v. 2 Cum – intelligere: Cf. Liber de causis § 1 (ed. Pattin p. 134 v. 3 – p. 136 v. 38); Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 4 c. 2, l. 2 tr. 1 c. 6. Ed. Colon. t. 17,2 p. 44 v. 51–57, p. 67 v. 30 – p. 68 v. 5.

non e converso, prius autem in ordine naturae sit vivere quam sentire et sentire quam intelligere, videretur fortasse alicui quod primus fons omnis cognitionis esset vivum solum et non sentiens et intelligens, praecipue cum prius in ordine naturae sit per modum unius et secundum per modum duorum quorum unum additum est ad alterum, tertium per modum trium sibi consequenter ordine naturae additorum, sicut sentire additur ei quod est vivere et intelligere additur ei quod est vivere et sentire, eo quod sicut in LIBRO DE ANIMA diximus, eadem est ratio animae quae figurae. Sicut enim in figuris trigonum est in tetragono, ita vegetativum est in sensibili et sensibile in intellectivo.

Hoc autem erroneum esse probatur ex hoc quod secundum naturam numquam imperfectum causa univoca est perfecti; vivum autem separatum secundum esse a sensibili et intellectuali imperfectissimum est in genere vivorum, nec aliquam habet vitae nobilitatem qua principium esse possit.

Adhuc in omnibus causis univocis secundum naturam sic est quod quicquid essentialiter inest causato, hoc potentius et nobilius et prius et perfectius inest causae illius causati; omnibus autem cognitivis essentialiter inest cognitivum principium; hoc igitur potentius et nobilius et prius et perfectius inest causae eorum quae cognoscitiva sunt. Non ergo fluit natura qua cognitiva sunt animalia ab aliquo vivo cuius vivere separatum sit a cognitivo.

Amplius inter causata propinquius nobili primo quod est causa est quod pluribus bonitatibus et nobilitatibus appropinquat; sed intellectivum pluribus bonitatibus et nobilitatibus appropinquat primo cognitivo et perfecto quam vivum solum et quam sentiens et vivens tantum; oportet igitur quod fons et causa cognitionis et vitae sit natura aliqua intellectualis.

Amplius in his quae perfectiva sunt visus videmus omnia causari ab eo quod secundum seipsum et perfectissime est visibile. Omnis enim visibilitas colorum causatur a luce, et diversitas colorum provenit ex multiformi permixtione opaci terminati corporis cum diaphano, cuius per se actus est lumen. Similiter igitur ab eo quod perfectissime est cognitivum fluit omnis cognitio, et diversitas cognitionum provenit ex multiformi obumbrativo cognitivi luminis irradiantis super ea quae sunt cognitiva in diversitate animalium.

Ex omnibus autem his PROBATISSIMI PERIPATETICI determinaverunt omnem cognitionem intellectualem et sensibilem animalium effluere ab intellectuali natura perfecte et intellectualiter cognitiva. Cum enim DICATUR causa primaria plus influere quam secundaria, hoc tradiderunt Peripatetici esse verum de causa; vivum autem separatum a cognitivo causa non est cognitivi, et ideo non influit.

Sed cum causa prima omnes suas bonitates influat super causatum et bonitates in ipsa nullam habeant distinctionem et ordinem, eo quod ipsa simpliciter omnia praehabet ante causata, in causatis tamen, in quae fluunt ex ipsa, fluunt sub ordine | et distinctione, et sic plus influit quod secundum ordinem intelligendi est generalius et prius, eo quod remota causalitate primi non influit

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 56 *p* p. 481

2 videretur *N1M1 v1*] videtur *cett. codd. (-V2V16Pr1) v2p* videntur *V2V16Pr1; cf. App. II, § 1. 6. 1 n. 2* 2–3 fortasse *post* alicui *(*fortassis *v2p) Π v2p* fortassis *O11* forte *Φ* 4 prius *post* naturae *Φ* 5 sit *post* ordine *Π (-Ml1) post* prius *Ml1* 6 additum est *inv. Ζ4 Φ* | alterum] aliud *v2p* 7 tertium] tantum *O11* | trium *om. O11* | consequenter] convenienter *Φ* 8 sicut] si *v2p* 9 additur *om. v2p* | vivere … sentire *inv. Φ* | vivere et *om. v2p* 10 diximus *post* sicut *Φ* | est ratio *inv. Φ* 12 est *om. Φ* | sensibili] sensitivo *R1 Φ O11* | in[2] *om. O11 M1V16* 15 numquam *post* quod *v2p om. O11* 16 est *ante* causa *Ψ post* causa *Φ v2p* | autem] ad *O11* 17 intellectuali] intelligibili *R1 M1Ef5 v2p comp. inc. Po1* | imperfectissimum est] imperfectum esse *O11* 18 habet *post* vitae *So2Ζ1 post* nobilitatem *Π v1v2p* 20 Adhuc] ad hec *O11* autem *add. So2Ζ1 Φ* | causis] causatis *v2p* | univocis] univoci *O11* | naturam] natura *V2N1M1 ex corr. V16* 21 sic] sicut *Φ* | quod *om. v2p* | quicquid] quidquid *Ζ1 Φ V16Ml1Pr1Ef5* quodcumque *v2p* | inest] est in *O11* 22 et[2]] clarius *add. v2p* 22–25 illius – causae *om. (hom.) Ψ* 23 autem cognitivis] cognoscitivis *v2p* 23–24 cognitivum principium *inv. Π v1* principium cognoscitivum *v2p* 24 igitur] ergo *M1 v2p* | et[1] *om. O4 v2p* | et[2] *om. v2p* 25 et perfectius] perfectius et *post* igitur *Φ* | cognoscitiva] cognitiva *Π v1v2p comp. inc. O11* 26 animalia] aliquando *v2p* 27 vivo] uno *Φ* uno *praem. v2p* | cuius] cum *Ζ4* 28 Amplius] autem *add. Φ* 28–29 propinquius – est[2]] est nobili primo propinquius quod est causa *v2p* 29 est[1] *om. O11* | est[2] *Ψ*] *post* propinquius *O11 Π (-Ml1) v1 om. Ζ4 Φ Ml1* | quod *om. Φ M1* 30–31 sed – appropinquat *om. (hom.) R1Ve6* 30 intellectivum] intellectum *Φ O11 Pr1* | pluribus bonitatibus *inv. Φ* 30–31 bonitatibus … nobilitatibus *inv. v2p* 31 nobilitatibus] nobilioribus *Po1* nobilibus *S1* | perfecto] perfecte et hoc est magis intellectivum *v2p* 32 vivum] unum *So2 V2N1Pr1* | et[1] quam *inv. V2M1Pr1* vel *v2p* | sentiens … vivens *inv. R1 Φ* 33 igitur] ergo *Ψ M1* | causa] origo *Π v1v2p* | et[2] *om. Π v2p* 34 natura aliqua *inv. Π v1v2p* | intellectualis] intellectiva *Φ* 35 in his *om. v2p* 36 secundum] per *v2p* 37 visibilitas *editor cum O3 K1 Lg*] diversitas *Ψ Ζ4 Φ O11 Π v1v2p; cf. App. II, § 1. 6. 4 n. 1* 39 opaci] et *add. v2p* 40 actus est] accidens e. *(*e. accidens *V13[ac]) Ψ Ζ4* | quod] est *add. Π* 42 provenit] et *praem. Ψ* que *praem. Φ* | obumbrativo] obumbratione *Φ v1* 43 irradiantis] radiantis *Φ* 45 Peripatetici *om. v2p* 46 intellectualem] intelligibilem *v2p* 47 ab – natura] a prima natura intellectuali *Φ* 48 dicatur] dicitur *Φ* 48–49 primaria] prima *v2p* 49 influere] inferre *Ζ4* | secundaria] secunda *v2p* 50 causa] prima *add. Φ* cognita *add. O4* vera *add. v2p* primaria *s. v. add. Ζ4[2]; cf. App. II, § 1. 3. 4 n. 2* 51 causa non est] n. e. c. *Ζ4* 52 suas bonitates *inv. Ζ4 O11 v1* 53 et] licet *Φ* 54 simpliciter *om. Φ* 55 praehabet] possunt *O11* prima habet *v2p* | causata] et simpliciter *add. Φ* | in[2]] ea *Π (-Ml1) v1v2p ex corr. Po1 om. S1 Ml1* 55–56 fluunt *ex corr. Po1* influunt *Π v1* influuntur *v2p* 56 fluunt *ex corr. Po1* influunt *Π v1* influuntur *v2p* | plus] prius *v2p* 58 – p. 5 v. 1 primi – causalitate *om. (hom.) Ζ4 S1 O4*

10 Alb., De anima l. 2 tr. 1 c. 11. Ed. Colon. t. 7,1 p. 79 v. 80 – p. 82 v. 87; cf. Arist., De anima l. 2 c. 3 (414 b 19–33). – 37–38 Omnis – luce: Cf. Arist., De anima l. 2 c. 7 (418 a 29 – b 3); Alb., De anima l. 2 tr. 3 c. 7. Ed. Colon. t. 7,1 p. 108 v. 30–38. – 39–40 cuius – lumen: Cf. Arist., De anima l. 2 c. 7 (418 b 9–10); Alb., De anima l. 2 tr. 3 c. 8. Ed. Colon. t. 7,1 p. 110 v. 70–72. – 45 probatissimi Peripatetici: Ex. gr. Eustratius; vide supra p. 3 v. 46–48; Liber de causis § 17 (18) (ed. Pattin p. 173 v. 48 – p. 174 v. 53). Cf. etiam Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 3 c. 14. Ed. Colon. t. 17,2 p. 151 v. 20–43. – 48–49 dicatur – secundaria: Cf. Liber de causis § 1 (ed. Pattin p. 134 v. 1–2); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 6. Ed. Colon. t. 17,2 p. 67 v. 28–30. – 52–55 causa – causata: Cf. Liber de causis § 19 (20), 20 (21) (ed. Pattin p. 177 v. 3 – p. 178 v. 19, p. 180 v. 50 – p. 181 v. 61); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 4 c. 4, c. 6. Ed. Colon. t. 17,2 p. 158 v. 49–64, p. 160 v. 49–62. Cf. etiam Ps. Dion., De div. nom. c. 2 § 10 (PTS 33 p. 134 v. 10–12; Dionysiaca I, p. 106–107); Alb., Super Dion. De div. nom. c. 2. Ed. Colon. t. 37,1 p. 94 v. 22–38.

aliquid secundorum, sed remota causalitate secundi adhuc influit primum. Similiter autem in causa quae fons est vitae et cognitionis unum non addit aliquid super alterum, quia suum vivere est suum intelligere, sed in causatis, in quibus distinctionem habent, unum est in alio quasi fundamentum ipsius. Quantum enim ad attributas nobilitates nihil est adeo multiplex sicut causa prima, sed ista multiplicitas nobilitatum in nullo simplicitatem adimit, eo quod omnes simpliciter et unite has nobilitates praehabet ante causata. Et ideo dicit egregie PHILOSOPHUS quod prima causa omnibus causatis suis nominatur et quod 'est dives in se' in quibus nulli causatorum largitur et est dives in aliis quae proportionaliter causatis communicat.

Cap. 4. An ab intelligentia natura cognitiva sit causata, sicut dixit Plato

His autem sic determinatis oportet ulterius investigare quae sit illa natura quae fontaliter effluit omnem cognitionem et vitam. Et videtur Plato velle quod intellectualitas in homine et sensualitas in brutis itemque vitae principium in vegetabilibus effluat a motoribus orbium et stellarum; inducit enim in TIMAEO summum deorum ad motores caelestes loquentem et dicentem: 'Horum sementem ego faciam vobisque tradam; vos autem exsequi par est'. In idem autem consentire videntur QUOTQUOT animas animalium ab intelligentiis profluxas et causatas esse TRADIDERUNT.

Confirmant autem isti dicta sua triplici ratione potissime, UNA QUARUM est quod omne ultimum in ordine causatorum non exit a prima causa nisi per causas quae sunt in medio. Ultima autem causata sunt formae generabilium et corruptibilium. Mediae autem causae sunt motores caelestium, quos intelligentias vel intellectus caelestes vocaverunt PHILOSOPHI. Proximum ergo fundens animas est intelligentia ultimum orbem movens.

SECUNDA vero ratio est quia intelligentia imprimit in animam sicut anima in corporis animati naturam. Sicut igitur dicimus animam esse causam corporis animati et motuum et passionum eius secundum quod est animatum, ita debemus dicere intelligentiam infimam causam animae cognitivae secundum quod est cognitiva, eo quod cognitio animae quaedam est resultatio luminis intelligentiae.

Ψ = V13R1Ve6So2Z1 Z4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p

2 autem] est *add.* **Φ** | in] et *O11* | in causa *om.* *Z4* 3 est *post* quae *(*quem *So2) So2Z1* **Φ** **Π** *v1v2p def. Ef5* | cognitionis] et tamen *add.* **Φ** | unum] vivum **Π** *v1v2p* | addit *om. O11* | aliquid *om.* **Φ** 5 habent unum] habet vivum vivum *v2p* 6 enim] autem *v2p* 7 est adeo *inv.* **Φ** *Ml1* | multiplex] simplex *Z4* | sicut] ut **Ψ** 7–8 causa prima *inv. Z4* **Φ** 8 multiplicitas nobilitatum] multiplicitatum nobilitas **Φ** | nullo] causa prima nullam *v2p* 8–9 simplicitatem] simpli^{ce} *O11* 9 simpliciter *ante* has *Z4* | unite] unice **Π** *(-M1) v1* unitē *M1* 10 causata] causatum *Z4* | ideo *om. Z4* 11 prima causa *inv. v2p* 11–12 causatis suis *inv. O11* 12 nominatur] nominetur *R1* **Π** *v1* prenominetur *(*-natur *p) v2p* 13 causatorum] datur *add.* **Π** *(-Ml1O4)* datur aut *add. O4* datur et *add. v2p* 14 communicat] ꝯmdant *Z4* commendat vel *(*et *Po1) praem.* **Φ** 15–16 Cap. – Plato *om. O4* 15 An] quod *v2p* 15–16 ab – causata] natura cognitiva causata *(*creata *S1)* sit ab intelligentia *S1 O11* 16 causata] creata *Z4 S1 comp. inc. V2V16* | sicut – Plato *om.* **Φ** *O11* | dixit] dicit *v2p* 17 determinatis] declaratis *v2p* 20 in^{1} homine *om. O11* | sensualitas] sensibilitas *v2p* | itemque *V13Ve6 S1*] utrumque *R1 Po1 v2p* item quod *So2Z1* item quid *Z4* item *O11* utreque **Π** *(-M1)* uterque *M1* iterum quod *v1* 21 vegetabilibus] et brutis *add. O11* **Π** *v1v2p* 22 enim *om. Z4* 23 caelestes] celestium *O11* **Π** *v1v2p* 24 vos] vobis *v2p* 25 par] pax *Z4* | videntur *om. O11* 25–26 quotquot] quicumque **Φ** 26 animas animalium *inv. O11* | intelligentiis] intellectu *Z4* 27 esse *om. v2p* 29 una quarum *inv. v1v2p* quarum *O11* 30 prima causa *inv.* **Φ** 31 sunt^{1} **Ψ** *O11*] *post* medio **Φ** **Π** *v2p om. Z4 def. v1* | Ultima] ultimo **Φ** 33 motores] orbium *add.* **Φ** *v2p* | vel intellectus *om. v2p* 34 ergo] enim *v1* autem *v2p* 35 orbem *post* intelligentia **Φ** *post* movens *O11* **Π** *(-Ef5) v1v2p* 36 vero *om. O11 v2p* | est *om. v2p* | imprimit] imprimunt **Π** *(-Pr1Ef5)* 38 igitur] ergo *M1 v2p* | dicimus – et] animam dicimus corporis animati tam esse *O11* 39–40 est animatum *inv.* **Φ** 40 infimam] infirmam **Φ** infinitam *O11* 40–41 causam] esse *praem. Ml1 v1v2p add.* **Π** *(-Ml1)* 41 cognitiva] cognoscitiva *O11*

1–2 remota – primum: Cf. Liber de causis § 1 (ed. Pattin p. 134 v. 3–5, p. 137 v. 53–54); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 6. Ed. Colon. t. 17,2 p. 67 v. 30–33. – 2–4 Similiter – intelligere: Cf. Ps. Dion., De div. nom. c. 5 § 2 (PTS 33 p. 181 v. 16–21; Dionysiaca I, p. 326–327); Alb., Super Dion. De div. nom. c. 4, c. 5. Ed. Colon. t. 37,1 p. 118 v. 14–20, p. 305 v. 78 – p. 306 v. 9. – 5–6 unum – ipsius: Cf. Liber de causis § 1 (ed. Pattin p. 135 v. 17–20); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 6. Ed. Colon. t. 17,2 p. 67 v. 46–52. – 11–12 Philosophus – nominatur: Cf. Liber de causis § 5 (6) (ed. Pattin p. 149 v. 59–64); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 25. Ed. Colon. t. 17,2 p. 91 v. 44–52. – 12–14 quod – communicat: Cf. Liber de causis § 20 (21) (ed. Pattin p. 180 v. 48 – p. 181 v. 67); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 4 c. 6. Ed. Colon. t. 17,2 p. 160 v. 41–69; Alb., Super Ethica l. 10 lect. 15. Ed. Colon. t. 14 p. 769 v. 95 – p. 770 v. 1; Alb., De caelo et mundo l. 2 tr. 2 c. 6. Ed. Colon. t. 5,1 p. 138 v. 54–56; Alb., De XV probl. probl. 12. Ed. Colon. t. 17,1 p. 43 v. 21–22; Alb., Probl. determ. q. 13. Ed. Colon. t. 17,1 p. 53 v. 64–66. – 22 Plato, Tim. 41C–D; transl. Calc. (ed. Waszink p. 36 v. 9–10). Cf. Albert der Große, Über die Natur und den Ursprung der Seele, 174 n. 99. – 25–27 quotquot – tradiderunt: Cf. Liber de causis § 3 (ed. Pattin p. 140 v. 13–14); Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 4 (ed. Van Riet p. 115 v. 80 – p. 116 v. 82); Algazel, Metaph. pars 1 tr. 5, pars 2 tr. 4 c. 4 (ed. Muckle p. 123 v. 35 – p. 124 v. 22, p. 172 v. 2–9). Cf. etiam Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 57 v. 9–10 cum nota; Alb., De anima l. 1 tr. 2 c. 13, l. 3 tr. 2 c. 12. Ed. Colon. t. 7,1 p. 54 v. 47–51, p. 194 v. 32–35; Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 5. Ed. Colon. t. 12 p. 13 v. 7–19; Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 16. Ed. Colon. t. 17,2 p. 80 v. 12–15. De opinione Alberti cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 75 v. 9 – p. 77 v. 12. – 29–31 una – medio: Fort. Liber de causis § 18 (19) (ed. Pattin p. 174 v. 63 – p. 176 v. 96). Cf. Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 3 c. 5, l. 2 tr. 3 c. 18. Ed. Colon. t. 17,2 p. 40 v. 59–70 cum notis, p. 154 v. 77 – p. 155 v. 44; Alb., Probl. determ. q. 7. Ed. Colon. t. 17,1 p. 51 v. 36–45. – 34 philosophi: Ex. gr. Avic., Philos. prima tr. 9 c. 2, c. 3 (ed. Van Riet p. 454 v. 93–95, p. 474 v. 3 – p. 476 v. 35); Algazel, Metaph. pars 1 tr. 5 (ed. Muckle p. 121 v. 3–26); Averr., De caelo et mundo l. 2 comm. 61 (ed. Carmody / Arnzen p. 391 v. 45 – p. 392 v. 52); Averr., De anima l. 3 comm. 5 (CCAA VI,1 p. 410 v. 667–672); Moses Maimon., Dux neutr. l. 2 c. 5 (ed. Di Segni p. 25 v. 54–64). Cf. etiam Alb., De caelo et mundo l. 2 tr. 1 c. 1. Ed. Colon. t. 5,1 p. 104 v. 58 – p. 105 v. 2; Alb., De somno et vig. l. 1 tr. 1 c. 2 (Ed. Paris. t. 9 p. 124a); Anzulewicz, De intellectu et intelligibili, 89. – 36–43 Secunda – intelligentiae: Cf. Liber de causis § 3 (ed. Pattin p. 140 v. 16 – p. 141 v. 31); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 16. Ed. Colon. t. 17,2 p. 80 v. 22–54.

Tertia est quia sicut corpus animatum est sub corpore caelesti causatum et rectum ab eo, ita necesse est motorem corporis animati esse sub motore corporis caelestis, ita quod sit causatus et rectus ab ipso.

Huius autem contrarium videtur. Si enim cognitivum mortalium flueret et regeretur ab intelligentia ultimi orbis vel alicuius aliorum orbium vel omnium, tunc in motibus et operibus cognitionis et affectus necessario subderetur motibus astrorum, eo quod omne effluens ab aliquo continetur et restringitur sub illo in potentiis operationum. Quod autem anima praecipue humana sub motibus astrorum sic restringatur contra omnes est Peripateticos et contra Ptolemaeum. Ipsa enim et superiora sphaeris apprehendit et ab his ad quae motus astrorum inclinat libere avertitur et alia avertit per sapientiam et intellectum, sicut testatur Ptolemaeus.

| Amplius non ideo est ordo primi ad media et mediorum ad ultima quod aliquid causetur in ultimis a mediis quod a prima causa non sit perfectum, et dico de his causatis quae nomine suo aliquam dicunt nobilitatem; aliter enim ex ultimis per media non fieret recursus in primum. Et hoc esse non potest, cum omne quod est aliquam bonitatem primae causae desideret et propter illam agat quicquid agit. Sive ergo dicamus media aliquid agere in ultimorum productione sive non, semper bonitates ultimorum principaliter et efficienter sunt a causa prima, et ea quae intermedia sunt operantur ut instrumenta si aliquid ad ea operantur.

Amplius autem in lumine, quod universalis causa est colorum, videmus quod licet ultimos colores constituat per commixtionem primorum, tamen omnis constitutio coloris est per naturam perspicui participantis lumen, quod est prima colorum hypostasis, et quicquid aliquis color de natura habet coloris, ab ipso habet, et si quid aliud est in ipso, potius est de privatione naturae coloris quam mereatur dici coloris essentia.

Omni igitur eodem modo, cum primum effluit bonitates suas super media et ultima, si aliquid aliud esset a mediis influxum super ultima, tamen constitutio ultimorum non erit nisi ex participatione bonitatum primi, et si quid aliud est in eis, est aliquid privationis. Et haec sententia optimorum fuit sapientum Graecorum Theophrasti et Dionysii et aliorum plurimorum. Adducebant autem simile de lumine solis quod infundit se aeri limpido et nubi et terrenis diversis, quod licet ab aere sit in nube et a nube in terra, tamen quia media non dant nisi quod a sole acceperunt, totum solis est quod est in ultimis, et si in mediis et ultimis distet lumen a limpiditate solis, hoc est potius privationis materiae quam alicuius causae hoc efficientis.

His igitur consentientes dicimus quod cum Plato dicat quod caelestium est exsequi bonitates primi et sementem substantiarum cognitivarum, hoc modo exsequuntur quo instrumenta inducunt ea quae sunt in arte artificis illa instrumenta moventis et non faciunt ea ex suo proprio aliquo influxu. Est enim in omnibus intelligentiis

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 17 *p* p. 482

1 Tertia] ratio *add. R1 O11* | est[1] *om. Ζ4* | quia] quod *Π (-Ml1) v1v2p* 2 rectum] irritum *So2Ζ1* | eo] ipso *O11 Π v1v2p* 2–4 necesse – ipso] anima corporis est sub intelligentia et recta ab eo *v2p* 4 causatus] causa *Π (-Ef5)* | rectus] reclusus *So2Ζ1* 5 cognitivum] cognitio *Ve6So2* cognitionem *Ζ1* 6–7 orbis] motoris *So2Ζ1* 7 vel[2] omnium *om. Φ* | in] ipsa in suis *v2p* 8 motibus … operibus *inv. So2Ζ1* 10 restringitur] regitur *Ψ* | sub] ab *O11 Π v1v2p* | illo] ipso *Φ* 11 humana *ante* praecipue *Φ om. v2p* 12 sic *om. Ζ4 v2p* | restringatur] restringitur *Π v2p* 12–13 est Peripateticos *inv. Φ* 13 et[2] *om. O11* 13–14 superiora] in *add. v2p* 14 his] aliis *Ψ* 15 avertit] advertit *O4 v2p* 16 testatur] testificatur *Ψ* 17 non] si *O11* in natura *v2p* 17–18 mediorum] medii *O11* 18 ultimis] ultimo *Ζ4 O11* 19 prima causa *inv. Po1 v2p* primo *Ψ* 20 aliquam dicunt] important aliquam *v2p* 21 per … fieret] ad … esset *v2p* 22 in] ad *Π v1v2p* | primum] ipsum *O11* 23 primae causae *inv. Φ v2p ante* aliquam *O11* 24 agat] agit *Φ* | quicquid] quidquid *Ζ1 Φ Pr1Ef5 p* | ergo] igitur *Ψ O11* 25 productione] productionem *O11* 26 efficienter] efficaciter *Ml1 v2p* 28 instrumenta] instrumentum *O11* | aliquid] quid *v2p* | ad *om. Ζ4 N1* 29 autem *om. O11* | universalis causa est] c. u. e. *Ψ (-Ve6)* c. e. u. *Ve6* e. u. c. *O11 v2p* 30 colorum *om. R1 Ζ4* | constituat] efficiat *Φ* 31 primorum] priorum *v2p* | tamen] cum *Ζ4* 32 coloris *post* per *Ζ4* colorum *Φ Pr1Ef5 om. Ve6* 33 quod est] tamquam *v2p* | quicquid] quidquid *Ζ1 Φ Pr1Ef5 p* 36 mereatur] mereantur *So2Ζ1* videatur *O11* 37 Omni] omnino *S1 v2p* | effluit] influit *Φ* 38 aliud *om. O11 Π v1v2p* | esset] est *So2Ζ1* 39 tamen] cum *So2Ζ1* 40 erit] est *Ζ4* esse *O11* | participatione bonitatum *inv. Φ* 41 aliquid *om. Φ* 42 optimorum fuit *inv. Ψ* 43 plurimorum] plurium *Ψ (-R1)* philosophorum *Po1 v2p dub. O11* 45 nubi et] nubibus *v2p* 46 nube[2]] sit *add. v2p* 47 a sole *om. Φ* | acceperunt] receperunt *v2p* receperunt *praem. M1* 48 distet lumen *inv. Φ* | lumen] lumine *O11* 49 est potius privationis materiae *Ψ*] po. pr. m. *Ζ4* po. e. pr. m. *Φ* pr. m. *(*modo *O4)* po. e. *O11 Π v1* po. pr. m. e. *v2p* 50 causae] esse *N1 v1 comp. inc. (*c̄e */* c̄e*) Π (-N1)* | hoc *om. O11* | efficientis] facientis *Ψ* 52 quod] proprium *add. v2p* | est] sit *Π v1v2p* 52–53 sementem] sementes *v2p* 53–54 exsequuntur] exequatur *O11* consequuntur *v2p* 54 quo] quod *Ζ4 p* 55 et] constat quod instrumenta moventis ea *add. v2p* 56 influxu] influxo *v2p*

1–4 Tertia – ipso: Fort. Avic., Philos. prima tr. 9 c. 5 (ed. Van Riet p. 491 v. 70 – p. 492 v. 76). – 12–13 Peripateticos: Ex. gr. Arist., De divinat. per somnum c. 2 (463 b 22–31). Cf. Alb., De somno et vig. l. 3 tr. 2 c. 5 (Ed. Paris. t. 9 p. 202a – 203a); Albert der Große, Über die Weissagung, 158–165 cum notis. – 16 Ptolemaeus: Cf. Ptolem., Centiloquium et commentum Haly verbum 5 et 8 (ed. Venetiis 1484 f. f7rb–vb, f8rb–va). Cf. etiam Alb., Super Ethica l. 10 lect. 17. Ed. Colon. t. 14 p. 780 v. 28–33 cum nota; Alb., Super Dion. De div. nom. c. 4. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 154 v. 55–56 cum nota; Alb., De somno et vig. l. 3 tr. 2 c. 5 (Ed. Paris. t. 9 p. 202a–203a); Albert der Große, Über die Weissagung, 158–165 cum notis 162, 163; Alb., De fato a. 2. Ed. Colon. t. 17, 1 p. 69 v. 48 – p. 70 v. 4 cum notis. – 31–36 omnis – essentia: Cf. Arist., De sensu et sens. c. 3 (439 b 14–18); Alb., De sensu et sens. l. 1 tr. 2 c. 1. Ed. Colon. t. 7, 2A p. 58 v. 49–69. – 33 quod – hypostasis: Cf. Nic. Peripat., Quaestiones c. 7 (ed. Wielgus p. 136 v. 28). – 42–43 Theophrasti: Non inveni. – 43 Ps. Dion., De div. nom. c. 4 § 20 (PTS 33 p. 165 v. 12 – p. 166 v. 7; Dionysiaca I, p. 246–250); cf. Alb., Super Dion. De div. nom. c. 4. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 254 v. 59 – p. 255 v. 22. | aliorum plurimorum: Ex. gr. Liber de causis § 19 (20) (ed. Pattin p. 177 v. 97 – p. 178 v. 24); cf. Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 4 c. 4. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 158 v. 40–68. – 43–50 Adducebant – efficientis: Cf. Ps. Dion., De div. nom. c. 4 § 1 (PTS 33 p. 144 v. 1–5; Dionysiaca I, p. 146–147); Alb., Super Dion. De div. nom. c. 4. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 117 v. 15–21, p. 119 v. 18–31. Cf. etiam Eustr., In Eth. Nic. l. 1 c. 7 (ed. Heylbut p. 40 v. 4–18); transl. Gross. (ed. Mercken p. 68 v. 67 – p. 69 v. 78). – 51 Plato, Tim. 41C–D; transl. Calc. (ed. Waszink p. 36 v. 9–13).

ordo formarum practicarum qui per ipsas in materiam generabilium descendit, et sunt formae in omnibus eaedem, sed in inferioribus magis et magis determinatae, sicut forma lucis eadem in sole et aere et nube et corpore terminato, licet lumen secundum quod magis descendit a sole magis et magis coartetur et determinetur ad naturam coloris.

Eodem autem modo est de forma artis in mente artificis quam exsequitur manus et cudit instrumentum et suscipit ferrum, quae proportionaliter eadem est in omnibus istis, sed tamen magis determinata ad materiam in manu quam in mente et iterum magis in malleo quam in manu, maxime autem in ferro est determinata, eo quod ferrum materialiter suscipit eam. Et esset hoc in multis simile intelligentiis et causae primae et materiae generabilium si manus intellectum haberet et malleus quo conceptam formam a mente artificis explicarent et exsequerentur. Unde sicut nihilominus tali existente hypothesi in arte omnia essent a mente artificis, sic omnia in physicis sunt a causa prima, licet intelligentiae quasdam bonitates explicent et per motum caelestium inducant in materiam. De his autem plenius tractare est primi philosophi; ad propositum enim sufficit quod inductum est.

Quotquot autem posteriorum philosophorum animas ab intelligentiis causatas et profluxas esse tradiderunt hunc modum fluxus qui dictus est intellexerunt. Et hac de causa etiam animam imprimi ab intelligentia posuerunt et esse eam instrumentum intelligentiae, ut subiectum illuminationibus eius, in hoc verum utique dicentes, sicut ostendunt divinationes somniorum et alia multa de quibus in | aliis libris erit tractatus. Propter quod etiam in libro de motu cordis 'anima illuminationum quae sunt a primo secunda relatione' dicitur esse 'perceptiva'.

Per ista etiam quae dicta sunt satis patet qualiter motores inferiorum sphaerarum fundant et qualiter non; prima enim et tota fusio animae et omnis naturae est a prima causa. Inferiores autem orbes operantur organice determinando et inclinando naturas ad materiam. Propter quod Plato dixit quod in quolibet orbe anima aliquid accipit, memoriam quidem in orbe Saturni et alia in aliis, sicut in primo de anima determinavimus.

Et secundum hunc modum essentia animae est a prima causa tota et sola, applicatio autem et determinatio ad corpus est ab aliis instrumentaliter primae causae deservientibus, et quoad hoc regenda in illuminationibus et movenda motibus corporalibus subicitur intelligentiis aliorum orbium. Et quia sic totus caeli concentus refertur ad causam primam, ideo melius intelligentes philosophi totum caelum unicum motorem habere dixerunt et inferiores motores et sphaeras dixerunt esse virtutes et membra primi caeli et sui motoris. De his autem in secundo caeli et mundi fecimus mentionem, erit autem iterum de his perscrutatio completa in prima philosophia.

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 31 *p* p. 483

1 formarum] formaliter *Ζ4* | qui] que *O11 v2p* | materiam] materias *Φ* 2 descendit] descendunt *Ζ4* 4 forma lucis] solis forma *Φ* | sole … aere *inv. Φ* | et[1]] in *add. O11 v2p* 5 terminato] determinato *Π v1v2p* 6 et[1] magis *om. (hom.) Φ* 8–9 forma … quam] formis … quas *Ψ* 9 et[1] cudit] excutit *Po1* | cudit] scidit *S1* cadit *(*cadio *M1) Π* cadit in *v1v2p* 10 proportionaliter *ante* sed *Φ* 10–11 eadem est in omnibus istis *Φ*] eedem sunt *(*idem *scr. sed del. et* sunt eedem *scr. So2)* in o. istis *Ψ* est in o. istis *Ζ4* est ea. in o. istis *O11* in o. istis *(*istis *om. v2p)* est ea. *Π v1v2p* 11 sed] et *v2p* | determinata] d. est forma *V13R1Ve6* est d. forma *So2Ζ1* d. est *Φ* | materiam] naturam *O11* 12 mente] artificis *add. v2p* | iterum *om. v2p* 13 est determinata] determinato *So2Ζ1* | eo quod] quia *Ψ* 14–15 ferrum – simile *om. O11* | in multis simile] s. in m. *So2Ζ1* s. in ultimis *Φ* 15 causae primae *inv. Ζ4* | et[2] materiae *om. O11* 16 intellectum] intellectuum *Π (-O4Ef5)* 17–18 explicarent … exsequerentur] explicet *(?)* … exequetur *O11* 18 existente] existenti *Ζ4 O4* ex[a]te *O11* 19 arte] aere *So2Ζ1* | omnia[1] essent *inv. Ψ* | essent] erunt *v2p* | sic] ita *Ψ* similiter *Ζ4* 19–20 physicis *ex corr. Po1* prehabitis *S1 v2p* 21 caelestium] celestem *Π v1v2p* | inducant] inducunt *v2p* 22–23 plenius tractare est primi philosophi *V13R1Ve6 O11*] pl. e. tr. pr. ph. *So2Ζ1 Π v1v2p* t. pr. e. ph. *Ζ4* tr. pl. e. ph. pr. *Φ* 23 est *om. So2Ζ1* 24 autem] tamen *Π (-O4) v1v2p* | posteriorum philosophorum *inv. Φ* 25–26 tradiderunt] dixerunt *Φ* 27 etiam] et *v2p* 28 esse eam *inv. Ψ v2p* | instrumentum] stramentum *v2p* | ut] et *Ve6 Π v1v2p* 29 verum utique *inv. R1 O11* 31 libris *ras. Ζ4 om. Po1* | erit] est *Φ* 32–33 illuminationum] illuminationem *R1Ve6 O11 M1* 33 relatione] revelatione *v2p* 34 esse *om. R1 Φ* | perceptiva] susceptiva *Φ* 36 fundant] infundant *Φ* 37 prima] primo *So2Ζ1* 38 prima causa *inv. Φ O11 Ef5* 39 naturas] naturam *Ψ S1 Ml1* 40 quod[1]] etiam *add. O11* | dixit] dicit *v2p* | quolibet] quodlibet *V2N1M1V16* | anima *post* quod[2] *Φ om. Ζ4* 41 memoriam] memoria *Ζ4* | quidem *om. v2p* | alia] alias *v2p* 42 determinavimus] determinamus *O11* 43 essentia animae] essentialem *Ζ4* | est *om. v2p* 43–44 prima causa *inv. Ζ4 O11* 44 applicatio] appropriatio *O11* | determinatio] determinate *Ζ4* 45 aliis *ex corr. Po1* ipsis *S1* 46–47 movenda] in *add. O11* 47 corporalibus] temporalibus *Π (-Ml1) v2p* temporaliter *Ml1 v1 def. O4* 48 caeli concentus *inv. Φ* 49 causam primam *inv. So2Ζ1 V2* 50 caelum *om. v2p* | habere dixerunt *inv. O11 Π v1v2p* 51 motores … sphaeras *inv. Ψ Φ* | et[1]] ad *Π v1v2p* 52 primi caeli *inv. O11* 53 autem *om. Φ* | iterum *om. Ve6 v2p* 54 completa] perfecta *Φ* | prima philosophia *inv. Ψ*

24–26 Quotquot – intellexerunt: Ex. gr., secundum Alberti interpretationem, Auctor Libri de causis; vide infra v. 26–29 cum nota, supra p. 5 v. 25–27 cum nota. – 26–29 Et – eius: Cf. Liber de causis § 3 (ed. Pattin p. 140 v. 16 – p. 141 v. 23 cum nota 17); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 16. Ed. Colon. t. 17,2 p. 80 v. 22–34; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 96 v. 58–65 cum nota 59, p. 471 v. 68 – p. 472 v. 3; Alb., De unitate intell. prael. Ed. Colon. t. 17,1 p. 3 v. 40–45 cum nota. – 31 aliis libris: Cf. Alb., De somno et vig. l. 3 tr. 1 c. 9–12 (Ed. Paris. t. 9 p. 189b–196b); Albert der Große, Über die Weissagung, 112–141. – 32–34 Alfr. de Sareshel, De motu cordis prol. n. 1 (ed. Baeumker p. 2 v. 6–9). Cf. Alb., Quaest. de raptu a. 3. Ed. Colon. t. 25,2 p. 94 v. 25–27 cum nota; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 18 v. 12–14 cum nota. – 33 secunda relatione: Cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 26 v. 70 – p. 27 v. 10, p. 27 v. 73 – p. 28 v. 3. – 40 Plato: Cf. Macr., In somn. Scip. l. 1 c. 12 (ed. Willis p. 50 v. 11–24). – 42 Alb., De anima l. 1 tr. 2 c. 7. Ed. Colon. t. 7,1 p. 34 v. 15–58. Cf. etiam Alb., Summa II tr. 12 q. 72 m. 4 a. 3 (Ed. Paris. t. 33 p. 47a–b). – 49 melius – philosophi: Cf. Averr., De caelo et mundo l. 2 comm. 71 (ed. Carmody / Arnzen p. 409 v. 44–72). – 52–53 Alb., De caelo et mundo l. 2 tr. 3 c. 15. Ed. Colon. t. 5,1 p. 177 v. 10–50. – 54 Alb., Metaph. l. 11 tr. 2 c. 28. Ed. Colon. t. 16 p. 518 v. 65–83.

Cap. 5. Unde provenit generum animae diversitas, vegetabile scilicet, sensibile et intellectivum

Consequens autem dictis est ut modum descensus animarum determinemus. Cum enim prima causa, fundens luce sua animas, sit natura simplex una intellectualis, videbitur mirum qualiter multa sint genera animarum, vegetabile scilicet, sensibile et intellectuale. Non enim hoc accidere potest ex motoribus intermediis, eo quod omnes illi intellectuales a PHILOSOPHIS esse traduntur. Nec est verum quod dixit PYTHAGORAS, omnes animas esse intellectuales et omnia corpora esse animata, nec motus sensus vel intellectus posse exsequi, inquit, animam in quibusdam corporibus propter materiae gravitatem. Lapis enim, ut ait, animatus est, sed propter terrestritatem est in eo oppressa anima, ne ostendat motus vegetationis vel sensus vel intellectus. In plantis autem propter minorem terrestritatem ostendit et operatur anima vegetationem, sed non sensum. In brutis autem, minus adhuc terrestribus, operatur unum vel duos vel plures vel omnes sensus, sed non intelligit. In humano vero corpore, | quod minus omnibus terrestre est et in complexione maxime recedens ab excellentia contrariorum, omnes complete habet anima operationes.

Hoc enim esse non potest, cum 'natura numquam deficiat in necessariis'. Si enim fuisset anima perfecta sensibili et intellectivo in lapide vel in planta, dedisset utique natura organa lapidi et plantae quibus sensibiliter explicare posset operationes animae sensibilis et intellectualis.

Adhuc autem omnis diversitas materiae est propter diversitatem formae, sicut saepius in PRIUS EXPOSITIS LIBRIS est probatum. Quomodo ergo dici potest quod in omnibus corporibus, quae valde differentia sunt figuris et quantitate et natura, sit idem genus animae?

Nec iterum conveniens est ratio PLATONIS dicentis quod secundum merita materiae infunduntur formae, quia secundum hoc materialis diversitas esset causa diversitatis formarum, cum hoc non sit verum, eo quod materiarum diversitas non est causa sed signum diversitatis formarum. Si enim diceretur esse causa, tunc oporteret quod materia esset ante formam secundum naturam et intellectum et esset causa formae, quae omnia absurda esse non dubitat quicumque bene instructus est in physicis secundum ea quae probata sunt in PHYSICIS LIBRIS.

Remanet igitur quaestio unde provenit generum animae diversitas, vegetabile scilicet, sensibile et intellectuale. Ab uno enim eodem modo se habente non potest esse nisi unum, secundum quod communiter omnes

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 22 *p* p. 484

1–3 Cap. – intellectivum *om. O4* 2 diversitas] et *add. v2p* | scilicet *om. O11 V2Ef5* et *add. v2p* 3 intellectivum] intellectuale *Ψ (-R1)* intelligibile *R1* 4 autem *om. O11* | dictis] dicte *Ζ1*[1] dictum *Π om. Φ* | modum] et *add. O11* 6 simplex una *editor cum Av (*una simplex *v2p)*] semper *(*sῆper *Ζ4)* viva *Ψ Ζ4 Φ O11 Π (-V2) v1* semper *V2; cf. App. II, § 1.6.1 n. 3* 7 videbitur] videtur *O11* | multa sint *inv. Ψ Φ* | sint] sunt *O11* 8 vegetabile scilicet *inv. O11* | scilicet] et *add. R1Ve6 Φ Π v1v2p* | sensibile] sensuale *Ζ4* | et *om. Po1 O11* 9 hoc – ex] accidere potest hoc a *O11* 10 illi] in illi *add. O11* 11 dixit] dicit *Ml1 v2p* 11–12 omnes animas *inv. Ψ O11* 13 motus] nec *add. So2Ζ1 v1* | vel] et *O11* | intellectus *O11 Π v1v2p*] non *add. cett. codd. (del. Po1*[2]*); cf. App. II, § 1.7.2 n. 2* | exsequi inquit *inv. Φ* 14 propter] ob *v2p om. Π (-Ef5)* 14–15 materiae gravitatem *inv. O11* 15 animatus est *inv. O11* 16 eo] eis *v1* ea *v2p* | oppressa *post* anima *Ζ4 post* est *Φ ante* est *O11* 17 motus] motum *Ζ4* | sensus … intellectus *inv. Π v1v2p* 20 autem *om. Φ* | adhuc *ante* minus *So2 Φ Ef5 om. Ζ1 O11 v2p* | operatur] vel *add. O11* 21 vel[1] *om. Π* | vel[1] plures *om. v2p* | sed – intelligit *om. Ve6 Ef5* | intelligit] intelligere *O11 Π (def. Ef5) v1v2p* 22 vero] autem *Ve6 Φ* | minus *om. O11* 23 maxime] magis *Ψ Ef5* 23–24 ab – contrariorum] a contrariorum excellentia *O11* 24 omnes – anima] habet anima complete omnes *Φ* 25 enim] autem *Φ* 27 sensibili … intellectivo] sensibilis … intellectiva *O11 Π (-V2) v1v2p* sensibili … intellectam *V2; cf. App. II, § 1.7.3 n. 8* | in[2] *om. v2p* | planta] plumbo *O11* 28 et] vel *So2 Φ O11* 28–29 sensibiliter *Π (-V2) v1*] sensibile *cett. codd. (-Ve6 V2)* sensibilibus *V2* sensibilis *v2p om. Ve6; cf. App. II, § 1.6.1 n. 4* 29 explicare posset *inv. Φ* | posset] possunt *Ζ4 Ef5* 29–30 sensibilis … intellectualis] sensibiles … intellectuales *O11* 32 saepius – prius] prius sepe in *v2p* | prius] ante *Φ* 33 est] dictum est et *Ψ* | ergo] igitur *V13R1Ve6 Ζ4* 34 figuris *ante* et natura *R1 ante* sunt *(*figura *Pr1) Π v1 ante* differentia *v2p* figura *O11* 36 iterum] verum *Π om. v2p* | ratio] positio *Ψ (-R1)* 37 merita] meritum *O11 Π (-N1) v1 lac. N1* | infunduntur] infundantur *v2p* 39 non sit] insit *O11* 40 materiarum] materialis *O11* | signum] sicut *So2Ζ1* 41 esse causa *inv. Π v1* 44 esse *ex corr. Po1* sunt et de hoc *S1 om. O11* | dubitat *ex corr. Po1* dubitabit *S1* is *add. O11* | quicumque] enim *add. Π (-O4Ef5)* | bene *om. O11* | in physicis *om. v2p* 45 physicis] prehabitis *V13 S1* preteritis *R1* 46 igitur] ergo *M1 v2p* | unde] unum *O11* 46–47 generum animae *inv. v2p* 47 vegetabile] vegetative *O11* | scilicet] videlicet *O11 om. v2p* 47–48 intellectuale] intelligibile *O11 v2p* 49 nisi *om. Ζ4*

5–8 Cum – intellectuale: Cf. Alb., Phys. l. 8 tr. 1 c. 13. Ed. Colon. t. 4 p. 576 v. 45–48: '(…) quia propositio per se nota est, in quam consensit Aristoteles cum omnibus Peripateticis, quod ab uno simplici non est nisi unum simplex'; infra v. 48 – p. 9 v. 1 cum nota. – 10 philosophis: Vide supra p. 5 v. 32–34 cum nota. – 11 De positione Pythagorae cf. Arist., De anima l. 1 c. 3, l. 2 c. 2 (407 b 20–23, 414 a 22–25); Alb., De anima l. 1 tr. 2 c. 7, l. 2 tr. 1 c. 9. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 38 v. 55–59, p. 78 v. 18–19. Errorem istum Albertus alibi Democrito ascribit; cf. Alb., De mot. animal. l. 1 tr. 1 c. 2 (Ed. Paris. t. 9 p. 259b–260a); Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 2, tr. 2 c. 12. Ed. Colon. t. 12 p. 5 v. 60–75, p. 36 v. 62–68. De hac positione cf. etiam Alb., De anima l. 2 tr. 1 c. 8. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 77 v. 1–18. – 22–24 quod – contrariorum: Vide infra p. 9 v. 18–20 cum nota. Cf. etiam Alb., De animal. l. 12 tr. 1 c. 2 (ed. Stadler p. 804 v. 15–30). – 25–30 Cf. Alb., De miner. l. 1 tr. 1 c. 6 (Ed. Paris. t. 5 p. 8b–9a). – 25–26 Cf. Arist., De anima l. 3 c. 9 (432 b 21–22); transl. vetus: Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 229 v. 83; ibid. l. 3 tr. 4 c. 2. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 230 v. 66–75. – 32–33 prius – libris: Ex. gr. Alb., Phys. l. 8 tr. 1 c. 13. Ed. Colon. t. 4 p. 576 v. 30–65. – 36 Platonis: Cf. Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 2. Ed. Colon. t. 12 p. 5 v. 51–59; Albert der Große, Über die Natur und den Ursprung der Seele, 48–49 cum nota 11. – 45 physicis libris: Ex. gr. Alb., Phys. l. 1 tr. 3 c. 13. Ed. Colon. t. 4 p. 65 v. 59–92.

PHILOSOPHI tradiderunt. Sed quaestio haec citius solvitur si consideretur subtiliter secundum quem modum largitiones naturarum a prima causa procedunt. Omnes enim formae ab ipsa toti naturae largiuntur. Quo autem magis ab ipsa elongantur, eo magis nobilitatibus suis et bonitatibus privantur, et quo minus recedunt, eo magis nobiles sunt et plures habent bonitatum potestates et virtutes. Et sicut in PRAEHABITIS diximus, quae in ipsa indistincta sunt, procedentia ex ipsa distinguuntur secundum esse et essentias et species diversas, sicut radii a sole venientes in aera, in vitrum clarum et vitrum coloratum diversum esse et species accipiunt. Et secundum hunc modum provenit diversitas in eo quod unum fluit ab unico per diversa organice ipsum explicantia et in diversa ab ipso informata, sicut etiam in parte determinatum est in OCTAVO PHYSICORUM.

Et sunt gradus dissimilitudinis in hoc descensu, quoniam descendens principium vitae quod est anima usque ad corpus compositum ex contrariis organicum cuius complexio proportionatur aequalitati caeli manet nobile, habens operationem divinam et intellectualem et animalem, divinam quidem eo quod ipsum est formans alias formas et generans ea quae illis informantur, eo quod nihil generat aliquid nisi per divinum aliquid quod est in ipso, intellectualem autem in eo quod operatur non utens corpore, animalem vero in his in quibus utitur corpore. Sed tamen suum intellectuale obumbratur eo quod est inquisitivum, non certum sicut est intellectuale intellectuum caelestium non obumbratorum ex turbationibus corporum. Recedens autem amplius 'in regionem dissimilitudinis' amplius obumbratur, ita quod intellectuale amittit in toto, retinens solam sensibilium cognitionem. Adhuc autem amplius distans retinet solam infimam potestatem animae, quae est vegetare.

Et huius exemplum est in lumine irradiante a sole in aerem limpidum et nubem subtilem et corpus coloratum albo colore et nigro vel rubeo; hoc enim paulatim et paulatim clauditur et vim suae potestatis plus et plus amittit donec venit ad privationem, et in omnibus in quae procedit habet diversum esse et speciem, neque est unum nisi secundum processionem ab uno primo luminis fonte. Et quia huic per omnia similis est processio formarum a causa prima, ideo PLATO dixit primam formam esse unicam et ex ipsa unius idea omnia | fieri. Sed et DEMOCRITUS et LEUCIPPUS omnia dicebant esse unum et idem et fieri diversitatem ordine et compositione.

Ψ = V13R1Ve6So2Z1 Z4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 44 *p* p. 485

2 subtiliter *om.* **Φ** 2–3 largitiones] largitiores *So2Z1* 4 ipsa toti] ipso totius universitatis *v2p def. v1* | naturae] natura *V2M1V16Pr1O4 v2p def. N1 v1* | Quo] que *v2p* 5 ipsa] ea *v2p* | nobilitatibus] nobilibus *O11* | suis *post* bonitatibus *O11* 7–8 potestates … virtutes *inv.* **Ψ** 8 Et *om. O11* | praehabitis] phisicis *Ve6* **Π** *v1v2p* 9 indistincta] distincta *S1 M1Ml1Pr1O4Ef5* | sunt] et *O11* | procedentia] procedunt *Z4* 11 aera] aerem *O11* | in[2]] et in *So2* et *Z1 Po1* **Π** *v1v2p* etiam *S1* | vitrum[2]] in *praem.* **Ψ** *om.* **Φ** 12 species] diversas *add.* **Π** *v1* diversas *praem. v2p* 13 in *om. v2p* | unum] vivum **Φ** 14 fluit] fuit *S1 O11* | ab unico] ab uno *ex corr. Po1* a vivo *S1* | organice ipsum *inv. So2Z1* **Φ** *O11* 15 ipso] ipsa *v2p* | informata] formata *Z4 Po1 Ef5* | etiam] et *O11 Ml1* 17 dissimilitudinis] similitudinis etiam **Φ** 18 descendens] quod est *add.* **Φ** | principium vitae *inv. v2p* 20 proportionatur] et proportionaliter *O11* | caeli] celesti **Φ** 20–21 nobile] nobilem *v2p* 21 operationem] opera *O11* 22 divinam quidem *om. v2p* 23 formas et] et *v2 om. p* | ea] illa *Z4* | informantur *ante* illis **Φ** formantur **Ψ** informatur *O11* reformantur *v2p* 24 aliquid[1]] aliud *v2p om.* **Φ** | aliquid[2]] aliquod *Ve6So2Z1* 25 ipso] eo *v2p* | intellectualem] intellectuale *Z4 O11 Pr1Ef5* | in[2] *om. O11 Ef5 v2p* 26 animalem] animale *Z4 Pr1Ef5* | vero – quibus] autem eo quod organico *v2p* | his in *om. (hom.)* **Π** *v1* | in[2] *om. So2Z1* 27 corpore] corporeo *v2p* | obumbratur] in *add. O11* **Π** *v1v2p* 29 intellectuum] intellectum *Z1 O11 M1* | non *om. O11* | obumbratorum] obumbratum *v2p* 30 turbationibus] obumbrationibus *So2Z1* 30–31 regionem] regione **Ψ** *v2p* 31 ita quod] itaque *Z4* eo quod *O11* 32 amittit] am̄ittit *V13* amittat *v2p* | retinens solam *inv. O11* | sensibilium] sensitivam *O11* 33 solam] solum *Z4* **Φ** 34 potestatem] potestate *O11* | vegetare] vegetatione *O11* 35 huius] h'i *Ve6 M1* huiusmodi *v2p* | in[1]] a *v2p* | irradiante *ante* lumine *V13[ac]* illuminante *R1* recedente *O11* **Π** *v1v2p; cf. App. II, § 1.7.3 n. 11* | sole **Π** *v1v2p*] se *cett. codd.; cf. App. II, § 1.6.1 n. 5* 36 aerem limpidum *ex corr. Po1* aere limpido *S1* | subtilem] subtile *O11* 37 et] vel *O11* **Π** *ex corr. Po1* | hoc] hec *v1v2* 38 paulatim *ex corr. Po1* privatim *S1* 39 amittit] am̄ittit *V13R1* | venit] veniat *Po1 O11* | et *om. v2p* | in[2]] ad *O11* 40 neque] nec *S1 v2p* enim *O11* 42 fonte] fronte *So2Z1* forte *O11* | huic] hic *S1 Z4 p* | processio] processus *R1 Z4* 43 formarum] formatus *O11* | causa prima *inv.* **Φ** | dixit] dicit *v2p* | primam *ex corr. Po1* primum *V13Ve6 Z4 S1 def. Z1* 43–44 formam *ante* unicam *Z4* **Φ** *ante* primam *v2p* 44 idea omnia] omnia ideo *Z4* 45 et[1] *om. So2Z1* **Φ** *v1* | omnia *post* dicebant **Ψ** *om.* **Φ** 45–46 esse – idem] unum et idem esse *Z4* 46 et[2] *om. Z1 V2 v2p*

1 philosophi: Cf. Arist., De gen. et corr. l. 2 c. 10 (336 a 27–28); Avic., Philos. prima tr. 9 c. 4 (ed. Van Riet p. 481 v. 50–51); Algazel, Metaph. pars 1 tr. 4 c. 3 (ed. Muckle p. 117 v. 33–34). Cf. etiam Alb., Phys. l. 8 tr. 1 c. 13, c. 15. Ed. Colon. t. 4 p. 576 v. 45–48 cum nota 46–47, p. 579 v. 55–60 cum notis; Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 1 c. 6, tr. 4 c. 8. Ed. Colon. t. 17,2 p. 13 v. 68–72 cum notis, p. 55 v. 72–80; de Libera, Ex uno non fit nisi unum, 547–548. – 8 Supra p. 4 v. 52 – p. 5 v. 14. – 16 Alb., Phys. l. 8 tr. 1 c. 13, c. 15. Ed. Colon. t. 4 p. 575 v. 72 – p. 576 v. 65, p. 580 v. 38–66. – 17 dissimilitudinis: Cf. Aug., De trin. l. 7 c. 6 (CCL 50 p. 266 v. 150–152); Aug., De civ. dei l. 9 c. 17 (CCL 47 p. 265 v. 7 – p. 266 v. 9); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 14. Ed. Colon. t. 17,2 p. 78 v. 50–52 cum nota. – 18–20 anima – caeli: Cf. Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 7 (ed. Van Riet p. 172 v. 98–9); Alb., Super Dion. De div. nom. c. 4. Ed. Colon. t. 37,1 p. 141 v. 32–36. – 20–22 manet – animalem: Cf. Liber de causis § 3 (ed. Pattin p. 139 v. 98–00 cum nota 00); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 15, c. 16. Ed. Colon. t. 17,2 p. 78 v. 69 – p. 79 v. 10, p. 79 v. 49–57; Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 12. Ed. Colon. t. 7,1 p. 193 v. 67–70; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 96 v. 32–37 cum nota 37, p. 471 v. 66–68 cum notis. – 20–27 manet – corpore: Cf. Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 8. Ed. Colon. t. 12 p. 17 v. 32–43. – 28 inquisitivum: Cf. Isaac Isr., De diff. (ed. Muckle p. 313 v. 25–28); Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 413 v. 41–47; Alb., De anima l. 1 tr. 2 c. 13. Ed. Colon. t. 7,1 p. 54 v. 59–66. – 30–31 in – dissimilitudinis: Cf. Aug., Conf. l. 7 c. 10 (CCL 27 p. 103 v. 17). – 35–42 huius – fonte: Vide supra p. 6 v. 43–50. – 43 Plato: Cf. Alb., Metaph. l. 1 tr. 4 c. 12. Ed. Colon. t. 16 p. 64 v. 80 – p. 65 v. 30; Gaul, Alberts des Grossen Verhältnis zu Plato, 37. – 45 Democritus – Leucippus: Cf. Arist., Physica l. 1 c. 2 (184 b 20–21); Alb., Phys. l. 1 tr. 2 c. 1. Ed. Colon. t. 4 p. 15 v. 35–43.

Errabant autem ambae sectae, quia quod est unum processione ab uno simpliciter est multa secundum esse et formam et tantum relatione ad causam efficientem univocam est unum. Et si considerentur naturae animarum et formarum secundum hoc esse diversum, tunc sunt propriae materiarum et diversitas materiae est propter ipsas et non e converso et sunt dantia esse materiebus. Et haec est consideratio propria earum, et sic diffiniuntur et sciuntur secundum seipsas in propria natura.

Ex his patet intellectus eius quod dicit ISAAC in LIBRO DIFFINITIONUM, quod videlicet anima rationalis producitur in umbra intelligentiae et anima sensibilis in umbra rationis et anima vegetabilis in umbra sensibilis et materia caeli in umbra vegetabilis, quoniam essentia dans esse procedit a causa prima, et cum indistans per dissimilitudinem accipitur, erit simplicissima in esse et potentissima et nobilissima et universalissima, non quidem secundum abstractionem, sed secundum quod universalius dicimus quod universalius causat et pluribus influitur. Propter quod haec essentia est vitalis, intellectualis, causativa, motiva et plures alias habens potestates bonitatum, et quoad haec omnia datur primo causato, quod est ens intellectuale, causativum, motivum orbis.

Haec autem essentia descendens privatur simplicitate et potestate plus et plus, sicut DIXIMUS, usque ad ultimum ens quod minimam accipit entis differentiam et potestatem, et haec privatio est eius obumbratio vocata a PHILOSOPHIS. Et ex hoc patet verus intellectus eius quod omnia fiunt ex ipsa unius idea et qualiter idea in prima causa est unica, non habens pluralitatem nisi processu et vicinitate causatorum. Non enim verum est quod vita in causa prima sit separata ab esse, sed a simplici esse primi simplex essentiae est emanatio. Et sicut esse primi vivum est et cognitivum et motivum, ita est in eisdem potestatibus essentia emanans, quamdiu non obumbratur per distantiam dissimilitudinis.

Ex quo tria quasi corollaria habentur. Unum quidem quod ubicumque est esse intellectivum et sensitivum et vegetativum et motivum, ibi est una essentia et substantia simplex, sed multiplex in potestate, utrumque horum habens ex propinquitate sui processus ad primum a quo procedit.

Secundum autem est quod hoc quod forma substantialis aliqua sit motiva sui subiecti secundum locum, hoc habet ex convenientia cum primo, quod movet secundum locum immobile existens, et non ex hoc quod sit compositum, sicut QUIDAM LATINORUM asserebant.

Tertium est quod necessario non recedens longe a primo per privationem nobilitatum, sicut intellectuale, manet separatum et perpetuum, recedens autem longe permiscetur et mortale et corruptibile efficitur.

Et ex his scitur quare animalia movent seipsa et non alia et quare anima intellectualis non est actus corporis nec corrumpitur corrupto corpore, sicut mentiens dixit ALEXANDER.

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p

6–7 Arist., Phys. l. 1 c. 1 (184 a 10–14); cf. Alb., Phys. l. 1 tr. 1 c. 5. Ed. Colon. t. 4 p. 8 v. 17–51. – 14–16 De doctrina Alberti cf. Bérubé, La connaissance de l'individuel, 27–32. – 17 Vide supra p. 16 v. 4–15 cum notis. Cf. etiam Avic., Liber VI Nat. pars 1 c. 5, pars 5 c. 1 (ed. Van Riet p. 94 v. 15–16, p. 78 v. 35–37). – 18–19 Infra p. 18 v. 13 – p. 20 v. 11. – 31 Ex. gr. supra p. 13 v. 8–14. – 35–36 quod – dicit: Vide supra p. 16 v. 37–43. – 42–43 dicit – est[2]: Boeth., De hebdom. (ed. Moreschini p. 188 v. 37–40). Cf. Alb., De praedic. tr. 2 c. 1. Ed. Colon. t. 1, 1B, p. 21 v. 14–17 cum nota; Albert der Große, Über die Natur und den Ursprung der Seele, 104–105 cum nota 74. – 44 quod – hoc: Boeth., De trin. tr. 1 c. 2 (ed. Moreschini p. 170 v. 94–99). | Saepe: Ex. gr. Alb., Phys. l. 1 tr. 1 c. 2. Ed. Colon. t. 4 p. 5 v. 1–17. – 49–51 Cum – contractam: Cf. Arist., De caelo et mundo l. 1 c. 9 (278 a 12–15); Alb., De caelo et mundo l. 1 tr. 3 c. 7. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 70 v. 68–79. – 53 Arist., De anima l. 3 c. 4 (430 a 2–3); cf. Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 17. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 203 v. 25–38.

Quod autem DICUNT nos omnem rem intelligere et scire cum causas et principia cognoscimus, quae tamen particularia esse videntur, videtur concedendum esse quoad hoc, quia secundum rei veritatem eadem sunt principia esse rei et principia intelligendi et sciendi rem. Sed non eodem modo accepta sunt causa scientiae et rei existentis in natura, quia universaliter accepta causant scientiam et appropriata et particulata ad aliquam rem sunt principia esse in natura. Hoc autem qualiter fiat in SEQUENTIBUS erit manifestum.

Cap. 2. Utrum universale sit in solo intellectu an etiam in re extra

Utrum autem universale 'in solis nudis purisque intellectibus' sit an etiam in rebus, PORPHYRIUS dicit esse 'altissimum negotium et magna egens inquisitione'. Et licet hoc ad metaphysicum spectet, tamen hic de hoc oportet fieri mentionem propter doctrinae faciliorem modum. Cum autem omne quod est in rebus unum solum sit et proprium, videbitur universale, quod est in multis et de multis, non esse aliquid in rebus, praecipue cum ARISTOTELES tradat in PRIMA PHILOSOPHIA quod idem est esse universalis et particularis et quod principia omnium rerum quae sunt principia essendi sunt particularia et non universalia quemadmodum dixit PLATO.

Amplius autem universale simplex est et purum, a materia et materiae appendiciis separatum; in eo autem quod est huiusmodi, non recipit ipsum materia. Cum igitur necesse sit in aliquo esse, cum sit forma, oportet quod secundum hoc esse sit in anima, et sic universale in eo quod est universale non est nisi in anima.

Amplius, si universale esset in re extra, oporteret quod idem esset rei illi in qua est, quia aliter falsa esset praedicatio illa cum diceretur 'Sortes est homo', vel 'Sortes est animal'; 'homo' ergo vel 'animal' praedicatum de Sorte est idem Sorti. Eadem autem ratione praedicatum de Platone est idem Platoni. Sed quaecumque uni et eidem sunt eadem, ipsa sunt eadem. Sequeretur ex hoc quod Sortes et Plato essent idem, aut oporteret dicere quod homo et animal aliud et aliud universale essent praedicata de Sorte et Platone, quod falsum est, cum PORPHYRIUS dicat quod 'participatione speciei plures homines sunt unus' homo et ARISTOTELES dicat quod isosceles et isopleurus sunt plures trianguli et una figura. Ex omnibus igitur huiusmodi inconvenientibus concluditur quod universale non est in re, sed in ratione. Propter quod etiam IOHANNES DAMASCENUS dicit quod in talibus commune ratione et non re consideratur.

Amplius individuatur forma per materiam; forma autem individuata dat esse individuo; sic igitur et forma efficitur propria et materia; nihil ergo formae vel materiae quod est in uno individuo est in pluribus; sed universale est in pluribus simul sumptis; ergo universale

Ψ = V13R1Ve6So2Z1 Z4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p

3 videtur] vere *Φ* | concedendum] considerandum *v2p* 4 quia] quod *So2 Z4 Ml1 v2p* 5 esse – rem] essendi et cognoscendi *Ψ* | principia[2]] principium *Φ* | intelligendi] et essendi rem *add. Z4* 8 particulata] particularizata *v2p* | aliquam] quam *Ψ O11* 9 esse] tunc *S1* rerum *O11 Π v1v2p ex corr. Po1* 10 erit] est *Z4* | erit manifestum] manifestum *(*erit *praem. sed del. V13)* erit *Ψ (-Ve6)* 11–12 Cap. – extra *om. O4* 11 Utrum] an *Ψ (-Ve6)* 12 an] vel *Ψ* | etiam *om. O11* 13 Utrum] verum *O11* | solis] et *add. Ψ* | purisque] et puris *Ψ* 14 an] aut *Ve6 O11 Π (-Ef5) v1v2p* vel *Φ* | etiam in] in *O11 om. Φ* 14–15 esse altissimum *inv. Φ O11* 15 et *om. O11* 16 licet] secundum *Φ* | metaphysicum] mathematicum *Ve6 Z4 O11* | spectet] spectat *Φ N1* | tamen] tum *O11* | hic *om. Ψ Z4* | de hoc *om. O11* 18 autem] enim *Ψ (-Ve6) Z4* | est – rebus] in rebus est *v2p* 18–20 unun – rebus] aliquid *Pr1* 19 universale] universaliter *Z4* 20 aliquid] aliqui *dub. V13* | aliquid – rebus] in rebus aliquid *Π (-Pr1) v1v2p* | in] de *O11* 20–21 praecipue] preterea *Z4* 21 tradat] tendat *So2Z1* 22 quod[2] *om. v2p* 23 principia[1]] principium *Φ* 24 quemadmodum] sicut *Ψ* 25 dixit] dicit *v2p* 27 eo] hoc *Ψ Z4* | eo autem] quo eo *Φ* 28 huiusmodi *post* quod *So2Z1 Φ O4* | ipsum materia *inv. O11* 29 igitur] ergo *Z4 M1 v2p* | necesse] neccĕ *V13* necessario *Π* necessarie *v1* necessarium *v2p* | sit[2]] simplex *add. v2p* 30 hoc *om. Φ* 31 est[1]] sit *O4 om. Φ O11 Pr1Ef5* 32 extra *om. v2p* 33 rei illi … est] illi rei … esset *So2Z1* 34 illa *Z4 S1*] illi *(sed* illa *ante* praedicatio *praem. So2Z1) Ψ Po1 O11* illius *Π v1v2p; cf. App. II, § 1.6.1 n. 9* | est] esse *So2Z1* 34–35 homo – est *om. (hom.) So2Z1 Po1* 35 ergo] igitur *v2p* | vel animal *om. Φ* 36 Sorte] predicatum *add. So2Z1* | est idem *inv. O11 Π (-O4) v1v2p* | autem *om. v2p* 38–39 Sequeretur] et sic *praem. Ψ* ergo *add. Z4* 40 oporteret] oportet *v2p* | et[1]] est *So2Z1* 41 et] de *add. So2Z1 Ef5* 42 falsum est *inv. v2p* | dicat] dicit *Ψ (-R1)* 44 dicat] dicit *Φ Ml1* | isopleurus] ysopleusus *Π* 45 omnibus … huiusmodi *inv. (*hiis … o. *So2Z1) Ψ* | igitur] autem *Π v1v2p* 46 concluditur] concludere *V2N1M1V16Ml1* 47 etiam Iohannes Damascenus dicit] di. e. Io. Da. *V13R1* e. d. Io. Da. *Ve6* d. Io. Da. *So2Z1* | dicit] dixit *Z4* 48 non] in *add. v2p* | consideratur] considerat *O11* 49 Amplius] autem *add. Ψ* 50 dat] dant *Z4[1]* 50–52 sic – individuo *om. (hom.) Z4* 51 efficitur] et *add. Π (-Ef5)* | vel] et *Π v1v2p* 52 quod] que *Φ* | quod est *om. Ψ* | est[2]] ens *praem. Ψ* 52–53 sed – pluribus *om. (hom.) Po1 O4 v2p* 53 ergo] igitur *Π v1* | universale] naturale *O11*

1–3 Quod – videntur: Vide supra p. 17 v. 5–11. – 4–9 eadem – natura: Cf. Alb., Phys. l. 1 tr. 1 c. 5. Ed. Colon. t. 4 p. 9 v. 9–18; Alb., Metaph. l. 3 tr. 2 c. 4. Ed. Colon. t. 16 p. 119 v. 71 – p. 120 v. 28. – 10 Infra p. 19 v. 21 – p. 20 v. 11. – 14 Porph., Isag. (ed. Busse p. 1 v. 10–14); transl. Boethii: Arist. Lat. I, 6–7 p. 5 v. 11–15; cf. Alb., De V univ. tr. de univ. in comm. c. 2. Ed. Colon. t. 1, 1A p. 19 v. 36 – p. 20 v. 23. – 21–22 Aristoteles – particularis: Arist., Metaph. l. 3 c. 2, l. 7 c. 13 (997 b 5–12, 1038 b 8 – 1039 a 14); cf. Alb., Metaph. l. 3 tr. 2 c. 3, l. 7 tr. 5 c. 2, l. 12 tr. 2 c. 11. Ed. Colon. t. 16 p. 117 v. 2–27, p. 373 v. 72 – p. 376 v. 36, p. 578 v. 36–43; Alb., De V univ. tr. de univ. in comm. c. 3, c. 5. Ed. Colon. t. 1, 1A p. 21 v. 50–53 cum nota, p. 30 v. 21–31 cum nota. – 22–24 quod[2] – universalia: Arist., Metaph. l. 12 c. 5 (1071 a 17–24); cf. Alb., Metaph. l. 11 tr. 1 c. 15. Ed. Colon. t. 16 p. 480 v. 35–70; ibid. l. 3 tr. 3 c. 18. Ed. Colon. t. 16 p. 157 v. 51 – p. 158 v. 3. – 25 Plato: Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 9 (990 a 34 – 991 b 9); Alb., Metaph. l. 1 tr. 5 c. 5–9. Ed. Colon. t. 16 p. 75 v. 21 – p. 81 v. 23. Cf. etiam Averr., Phys. l. 1 comm. 38 (ed. Venetiis 1562 f. 63vI); Alb., Phys. l. 2 tr. 2 c. 9. Ed. Colon. t. 4 p. 113 v. 2–6. – 42 Porph., Isag. (ed. Busse p. 6 v. 21); transl. Boethii: Arist. Lat. I, 6–7 p. 12 v. 18–19; cf. Alb., De V univ. tr. de specie c. 6. Ed. Colon. t. 1, 1A p. 72 v. 14–33. – 43 Arist., Phys. l. 4 c. 14 (224 a 2–9); cf. Alb., Phys. l. 4 tr. 3 c. 17. Ed. Colon. t. 4 p. 292 v. 43–68. – 47 Ioh. Dam., De fide orth. l. 1 c. 8 (PTS 12 p. 28 v. 226–231); transl. Burgh. c. 8 n. 16 (ed. Buytaert p. 42 v. 254 – p. 43 v. 259).

nihil est rei, sive secundum formam sive secundum materiam accipiatur. In hoc etiam consentiunt Peripatetici fere omnes, AVICENNA videlicet et ALGAZEL et AVERROES et ABUBACHER et alii quamplures.

| Sed QUIDAM non mediocris auctoritatis viri inter LATINOS quibus ista sententia non placuit asserunt universale secundum aliquid esse in rebus. Si enim in re non esset, de re non vere praedicaretur, praecipue cum haec sit natura universalis, quod in quolibet suorum particularium est totum.

Adhuc autem res nulla intelligitur nisi per id quod est vere forma rei. Cum igitur universale sit quod intelligitur, oportet quod sit vere forma rei, et sic est aliquid in rebus.

Amplius autem nihil verius est in rebus quam id quod est totum et unum in multis et de multis. Non enim amittit rationem essendi in rebus per hoc quod est in multis. Per hoc autem quod est de multis habetur quod est in eis ut vera essentia existens eorum substantialis vel accidentalis. Oportet igitur quod universale vere sit in rebus, cum ipsum sit unum in multis et de multis.

Nos autem in ista difficultate mediam viam ambulantes, dicimus essentiam uniuscuiusque rei dupliciter esse considerandam. Uno videlicet modo prout est natura diversa a natura materiae sive eius in quo est, quodcumque sit illud. Et alio modo prout est in materia sive in eo in quo est individuata per hoc quod est in ipso. Et primo quidem modo adhuc dupliciter consideratur. Uno quidem modo prout est essentia quaedam absoluta in seipsa, et sic vocatur essentia, et est unum quid in se existens, nec habet esse nisi talis essentiae, et sic est una sola. Alio modo prout convenit ei communicabilitas secundum aptitudinem, et hoc accidit ei ex hoc quod est essentia apta dare esse multis, etsi numquam dat illud, et sic proprie vocatur universale. Omnis enim essentia communicabilis multis universale est, etiam si actu numquam det esse nisi uni soli, sicut sol et luna et Iupiter et huiusmodi; formae enim substantiales talium communicabiles sunt, et quod non communicantur con- tingit ex hoc quod tota materia cui illa forma communicabilis est iam continetur sub forma, sicut in CAELO ET MUNDO est determinatum. Per hanc igitur aptitudinem universale est in re, sed secundum actum existendi in multis non est nisi in intellectu, et ideo dixerunt PERIPATETICI quod universale non est nisi in intellectu, referentes hoc ad universale quod est in multis et de multis secundum actum et non secundum aptitudinem solam. Prout autem iam participatur ab eo in quo est, adhuc duplicem habet considerationem, unam quidem prout est finis generationis vel compositionis substantiae desiderata a materia vel eo in quo est, cui dat esse et perfectionem, et sic vocatur actus, et est particularis et determinata. Secundo autem modo prout ipsa est totum esse rei, et sic vocatur quiditas, et sic iterum est particulata et determinata et propria.

Ψ = V13R1Ve6So2Z1 Z4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 5 *p* p. 493

1 nihil] non *So2Z1 Φ* | est] erit *Φ* | secundum[2] *om. O11* 2 accipiatur] cum ipsum sit in pluribus *(possibilibus p)* simul sumptis *add. v2p* 3 videlicet] scilicet *Ψ om. Z4* | et[2] *om. Z4 Φ O11* 4 Abubacher] albuba *So2Z1* abubater *O11* abubath *N1* | quamplures] quidam plures *Φ* 5 inter] sunt *praem. Φ* 6 sententia] scientia *So2Z1* | asserunt] asserentes *Φ v2* 8 non vere *inv. Z1 Po1 Π v1v2p* non vere non *V13R1* | praecipue] preterea *Z4* | haec] lex *(*hec *O4)* non *Π (-Ef5)* lex *Ef5* 9 quod] quia *So2Z1* | quolibet] quodlibet *O11* 9–10 particularium *post* quolibet *Π v1* 11–12 est vere *inv. v2p* 12 igitur] ergo *M1 v2p om. O11* | sit quod] sic *So2Z1* 14 verius est *inv. v2p* 15 est totum *inv. Z4* 16 amittit] am̄ittit *V13R1* | est *om. Ψ* 17 de] in *So2Z1 Φ* | habetur] habet *v2p* | quod[2]] et *So2Z1* 18 est] sit *Φ O11* | ut *om. Z4 Π v1v2p* | eorum *post* vera *Π v1v2p om. O11* | substantialis *om. O11* 19 igitur] ergo *M1 v2p* | vere sit *inv. v2p* 21 ista] hac *Ψ* recta *O11* | viam *om. O11* 22 dupliciter] dicitur *O11* | esse *om. Φ* 23 videlicet] scilicet *Z4 om. Ψ* | videlicet modo *inv. v2p* 24 in quo] quod *Ve6* in quod *So2Z1* 25 sit *om. So2Z1 N1* | Et *om. Φ O11* | sive] sua *R1Ve6* 26 individuata] individuatum *Z4* | per] propter *So2Z1* 27 quidem] quod *Z4* | adhuc] ad h' *O11 (et sic saepe deinceps)* 28 quidem] quoque *Z4* 28–29 prout – vocatur] potest esse *O11* 29 quid] quidem *Po1[1]S1* 30 nisi] habet esse *add. So2Z1* | essentiae] esse *Φ* 31 sola – prout *Incipit pecia 3[a]* | prout – ei] ut ei convenit *v2p* | communicabilitas] communitas *Z4* 32–33 est essentia *om. Φ* 33 esse] in *add. So2Z1* | esse multis *inv. O11 Π (-Ml1) v1v2p* | etsi] et *Z4* etiam si *v2p* | dat] det *Ψ (-Ve6) Φ v1v2p* debet *Ve6* | illud *post* numquam *Φ* illum *So2Z1* 35 actu *post* numquam *So2Z1 O11 ante* esse *Φ* 36 det] debet *Φ* dat *Π v1v2p* | uni soli *inv. O11* 37–38 communicabiles] g'cale *O11* 38 sunt *om. So2Z1* | communicantur] communicatur *Π (-O4)* communicabitur *O4* actu *add. v2p* 39 tota] illa *add. Φ* | cui] cum *O11 M1 om. So2Z1* | forma] cui *add. O11* 41 est determinatum *inv. Ψ* dictum est *M1* | igitur] ergo *Z4* autem *Φ O11* 42 re] extra *add. v2p* 43 nisi] natura *Z4* | in *om. R1 S1 O11 V16* 44 in *om. R1 O11* | hoc *om. O11* 45 universale] naturale *O11* | in … de *inv. V13R1Ve6 Z4* | et] vel *Φ* 46 actum] existendi *add. v2p* | non] est *add. O11* 48 quidem *om. Z4* 49 substantiae *om. Φ* | desiderata] desiderate *v2p* 50 cui] aut *O11* | cui dat] tradat *Z4* 51 est *om. Z4* 52 ipsa est *inv. Ef5* est ipsa est *O11 V2N1M1V16Ml1 def. Pr1* 53 iterum] verum *Π (-M1Ef5) v1* | particulata] participata *Ψ* particulatam *Z4* 53–54 particulata – determinata] determinata particularizata *v2p*

3 Avic., Philos. prima tr. 5 c. 1, c. 2 (ed. Van Riet p. 237 v. 28 – p. 238 v. 42, p. 239 v. 68–71, p. 241 v. 7–10). | Algazel, Metaph. pars 1 div. 2 (ed. Muckle p. 27 v. 5 – p. 28 v. 26). | Averr., De anima l. 1 comm. 8 (CCAA VI,1 p. 12 v. 21–32). Cf. Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 7. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 186 v. 11–26. – 4 Abubacher: Non inveni. – 5–6 quidam – Latinos: Ex. gr. Rob. Gross., Anal. Post. l. 1 c. 7 (ed. Rossi p. 139 v. 96 – p. 141 v. 141); Rog. Bac., De XI° libro (ed. Steele / Delorme p. 128 v. 8–14); Rog. Bac., Quest. supra libros prime phil. Arist. l. 7 (ed. Steele / Delorme p. 241 v. 13 – p. 246 v. 3). Cf. de Libera, Métaphysique et noétique, 246–247. Cf. etiam Alb., De V univ. tr. de univ. in comm. c. 3. Ed. Colon. t. 1, 1A p. 22 v. 59 – p. 24 v. 17. – 21–54 De fontibus doctrinae Alberti de essentia 'absoluta' cf. Bertolacci, Le citazioni implicite testuali, 221–230; de Libera, Métaphysique et noétique, 246–256; Galluzzo, The Medieval Reception, 329–340. – 31–46 Alio – solam: Cf. Alb., De V univ. tr. de univ. in comm. c. 1, tr. ult. c. 3. Ed. Colon. t. 1, 1A p. 17 v. 39–43, p. 146 v. 1–20; Alb., Metaph. l. 5 tr. 6 c. 6. Ed. Colon. t. 16 p. 286 v. 64 – p. 287 v. 11. – 40–41 Arist., De caelo et mundo l. 1 c. 7 (278 a 25 – b 8); cf. Alb., De caelo et mundo l. 1 tr. 3 c. 8. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 71 v. 43 – p. 72 v. 90. – 43 Vide supra v. 2–4 cum notis. – 48–51 unam – actus: Cf. Alb., Metaph. l. 3 tr. 2 c. 4, l. 7 tr. 1 c. 1. Ed. Colon. t. 16 p. 120 v. 1–13, p. 316 v. 34–41. – 52–53 Secundo – quiditas: Cf. Alb., Metaph. l. 7 tr. 1 c. 1. Ed. Colon. t. 16 p. 316 v. 29–34.

Nec est putandum inconveniens quod forma dicitur totum esse rei, quia materia nihil est de esse nec intenditur a natura, quia si esse posset forma in operatione sine ipsa, numquam induceretur in materiam. Sed quia hoc esse non potest, ideo requiritur materia non ad esse, sed ad ipsius esse determinationem et individuationem. Hoc igitur ultimo modo considerata forma praedicatur de re cuius est forma, et sic separata per intellectum est universale in intellectu quando aptitudo suae communicabilitatis reducitur ad actum intellectu separante ipsam ab individuantibus.

Cap. 3. De solutione dubiorum quae oriuntur ex praedeterminatis

| Sed forte quaeret aliquis, ex his quae determinata sunt occasionem accipiens, quia talis consideratio formae in se et ⟨non⟩ in materia non videtur esse rei, sed rationis, et ideo cum aptitudo communicationis hoc modo conveniat ei, non videtur eidem convenire nisi secundum rationem et intellectum; et sic iterum redit quod universale et aptitudine et actu sit in intellectu solo et nullo modo in re ipsa.

Sed ad hoc dicendum est quod absque dubio, sicut in METAPHYSICIS determinatur, actus est ante potentiam non secundum rationem tantum sive in modo intelligendi, sed substantia et diffinitione, sicut causa est ante causatum et habet esse causae et essentiae, sicut DIXIMUS, licet non habeat esse in natura particulari. Et hoc modo est una essentia non quidem unitate numeri, sicut dicimus unum numero esse unum, sed unitate causae et essentiae in se et formae, quae unitas multitudini secundum aptitudinem communicabilitatis non repugnat, et hoc modo dicitur unum in multis et de multis.

Si autem quis obiciat quod secundum dicta universale est ante rem et non post ipsam, cum ARISTOTELES dicat quod animal universale aut nihil est aut posterius est, dicimus quod id quod est universale absque dubio est ante rem; sed actus suae universalitatis, quem facit agens intellectus, est ex eo quod est in re quiditas rei existens quae vere praedicatur de re ipsa, et quoad hoc est consequens esse abstractum de re ipsa. Et sic patet intellectus PRAEDETERMINATORUM et quod SECTAE AMBAE secundum aliquid dicunt verum.

Claret etiam ex his quod cum materia nihil sit de esse vero rei, quod nulla res est intelligibilis per suam materiam, sed per suam formam, et cum universale sit intellectus proprium obiectum, quod esse universale est formae et non materiae; forma enim omnis communicabilis est et materia incommunicabilis. Nec est materia per idem sui in multis secundum aptitudinem vel actum, sed per diversas partes, ita quod secundum partem hanc est in uno et secundum partem aliam est in alio. Et quia res nominatur secundum quod intelligitur, nominatur proprie a forma et materia nec intelligitur nec nominatur nisi per analogiam ad formam, sicut etiam diximus in FINE PRIMI PHYSICORUM. Cum igitur individuum sit individuum per materiam, non habebit nomen proprie loquendo nisi forte secundum quod est substantia existens per formam, quae primo et principaliter et maxime substat. De omnibus autem his satis in PRINCIPIO LOGICES determinatum est.

Ex dictis autem adhuc accipitur quod cum universale sit in essentia rei secundum aptitudinem quam habet ad

Ψ = V13R1Ve6So2Z1 Z4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 14 *p* p. 494

2 totum esse *inv. So2 Z4* | esse[2]] rei *add. v2p* 4 materiam] materia *Φ* 5 requiritur] relinquitur *Z4* 6 et individuationem *om. v2p* 7 igitur] ergo *M1 v2p* | modo *om. v2p* | praedicatur *om. So2Z1* 9 quando] quoniam *Φ O11* et ideo *Π v1v2p* 9–10 communicabilitatis] communicabilitas *Φ* 10 actum] in *add. V2O4 v2p* | separante] semper ante *O11* 10–11 ipsam] ipsum *v1v2p* 12–13 Cap. – praedeterminatis *om. O4* 13 praedeterminatis] predictis *Po1 M1* 14 quaeret] quereret *v2p* 15 occasionem] actionem *So2Z1* 16 non[1] *suppl. editor cum Ef5*] *om. cett. codd., edd.; cf. App. II, § 1.6.3 n. 2* 17 communicationis] communicabilitatis *Z4* 18 conveniat] communicat *Z4 O11* convenit *v2p* | eidem] ei *Z4* 20 in *om. So2Z1 Po1 O11* 20–21 intellectu solo *inv. v2p* 23 determinatur] determinatum est *Ve6So2Z1* | potentiam] et *add. S1 v2p* 25 sed] ipsa *add. v2p* | sed substantia *om. O11* | substantia – diffinitione] secundum substantiam et *(*et *om. Po1)* diffinitionem *Φ* | est *om. O11 Ef5* 27 esse] nisi *add. Π (-Ml1) v1v2p* 28 quidem] quod *Z4* 28–29 dicimus *ex corr. Po1* diximus *Ve6 Z4 S1 V2* 29 unum[1]] numerum *v2p* | numero] no' *Z4* non *Π (-O4) om. O4 v2p* | causae] esse *Ψ v2p om. M1* 30 multitudini *ex corr. Po1* multitudinis *V13[ac] O11 Π v2p* m̄ltipli[ni] *S1* 31 communicabilitatis] communicabilitati *O11 Π v2p* 35 animal *om. Φ v2p* 35–36 aut[2] – est *om. (hom.) O11 V2* 36 est[1]] suis singularibus *v2p om. Ψ v1* | est[2] universale *inv. Ψ* 37 quem] quam *V2M1Pr1* 38 agens intellectus *inv. Ψ* | in – rei] rei quidditas *Z4* 39 quae] quod *Φ* | et quoad] ad *Φ* 39–40 et – ipsa *om. (hom.) So2 Pr1* 40 consequens] conveniens *O11 M1* | esse] rem *Π (-Ml1; def. Pr1) v1v2p om. S1 Ml1* 41 praedeterminatorum] predictorum *Po1* predicatorum *S1* | et *om. Ve6 Φ* | sectae ambae *inv. Φ* 42 dicunt] dicant *O11* 43 Claret] patet *O11 O4* | etiam] autem *Φ* | materia] universale *O11* | sit] est *v2p om. Π (-O4)* 44 vero *post* de *Z4* vere *(ante* de*) Φ* | quod] nullo modo *v2p* | est *ante* res *Π v1 om. Z4 S1* 45 et] sed *So2Z1* tunc *add. O11 Π v1v2p* 45–46 intellectus] proprie *add. O11* 46 proprium] primum *Φ* 46–47 est – materiae] non est materie sed forme *Z4* 47 et[2] *om. Ef5 v2p* 51 partem *om. Ψ Z4 v2p* | quia] quod *Ψ* 52 proprie a] a propria *Ψ* 53 per] secundum *Ψ* 54 etiam *ante* sicut *Π v1 om. Ψ* 55 non] nec *Z4* 56 nomen] proprium *add. v2p* 57 existens *om. v2p* | primo] proprie *v2p* 59 satis *ante* determinatum *v2p* | principio] primo *v2p* | Logices] logice *O11 v2p* 60 Ex] hiis diximus *add. O11*

23 Arist., Metaph. l. 9 c. 8 (1049 b 4 – 1050 b 4); cf. Alb., Metaph. l. 9 tr. 4 c. 1–2. Ed. Colon. t. 16 p. 422 v. 58 – p. 425 v. 58. – 26 Supra p. 19 v. 21–31. – 34 Arist., De anima l. 1 c. 1 (402 b 7–8); cf. Alb., De anima l. 1 tr. 1 c. 4. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 8 v. 34–54. – 41 Supra p. 19 v. 21 – p. 20 v. 11. | Supra p. 18 v. 18 – p. 19 v. 20. – 54 Alb., Phys. l. 1 tr. 3 c. 9. Ed. Colon. t. 4 p. 55 v. 19–31; cf. Arist., Phys. l. 1 c. 7 (191 a 7–8). – 59 Fort. Alb., De V univ. tr. de univ. in comm. c. 8. Ed. Colon. t. 1, 1A p. 37 v. 25–71.

existendum in pluribus tota, et cum illa aptitudo aequaliter sit respectu praeteritorum, praesentium et futurorum, quod universale, quod est substantia rei vel fundatur in ipsa substantia, univocum est respectu omnium, praeteritorum, praesentium et futurorum.

Adhuc autem, cum sit de aptitudine essentiae, quae est ante materiam et compositum, patet quod nullo existente homine particulari adhuc haec vera est, 'homo est animal', et huiusmodi aliae locutiones.

| Ex his iterum colligitur quod licet 'destructis primis impossibile sit aliquid aliorum remanere', tamen scientia perpetuorum est et perpetua et incorruptibilis, eo quod non fundatur nisi super aptitudinem communicabilitatis formae et essentiae et ea quae sunt passiones et differentiae ipsius; hoc autem perpetuum est et incorruptibile, sive particularia sint sive non.

Qualiter autem una sit scientia in omnibus et qualiter non, in HIS QUAE DE ANIMA SUNT determinatum est.

Cap. 4. De falsitate opinionis dicentis omnem formam esse ubique et semper

Licet autem haec via sit rationabilior, tamen non placet ALIQUIBUS ita dicere, sed DICUNT omnem formam, sive sit essentialis sive accidentalis, de se esse communem. Et quia in materia non est nisi per accidens, sicut diximus PRIUS, eo quod materia non intenditur ad esse, sed forma est totum esse rei, ideo dicunt quod forma omnis de se est ubique et semper. Non enim artatur ad in loco esse nisi per quantitatem materiae nec restringitur ad nunc nisi per ipsam materiam contrarietate determinatam; ea enim quae sunt extra contrarietatem et motum sunt supra tempus et supra differentias temporis.

Dicunt etiam quod cum essentia formalis de se sit ubique et semper et per accidens sit in materia, verius est ubique et semper quam hic et nunc et verius est ubi est secundum esse formalius quam ubi est secundum esse materialius, quod diminuit esse suum et coartat potentiam communicationis eius. Et ex hoc sequitur quod verius est in intellectu quam sit in materia.

Et ISTI dicunt quod si aliquae formae sunt separatae, sicut intellectus, quod illae sunt ubicumque operantur et possunt esse in pluribus simul.

Et ex primo quidem CONCLUDUNT quod unum universale sit quod est in omnibus animabus intellectum et in omnibus suis particularibus existens, et sic concedunt unam numero scientiam esse in omnibus animabus, sed diversas continuationes illius scientiae dicunt esse ad homines propter diversitatem imaginationis ex qua accipit intellectus, sicut in TERTIO DE ANIMA determinatum est. Ex secundo autem CONCLUDUNT causam fascinationis quam ponunt nigromantici et augures, qua de causa videlicet unus fascinat alium et impedit operationes animales in

Ψ = V13R1Ve6So2Ƶ1 Ƶ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 10 *p* p. 495

1 existendum] exequendum *So2Ƶ1* 2 praeteritorum] et *add. Ƶ4 Π (-Ef5) v2p* | et *om. Φ* 3–4 fundatur] fundamentum *O11* 4 univocum] uni[c] *O11* | omnium *post* futurorum *Ƶ4 om. Φ O11* 7 compositum] 9pom *O11 O4* 8 haec – est] est hec *(*hec *om. R1)* vera *Ψ* | vera] universalis *Ƶ4* | vera est *inv. Pr1 v2p* 10 colligitur] intelligitur *v2p* | primis] substantiis *add. v2p* 11 sit] est *So2Ƶ1* | aliquid] aliquod *O11 Π (-Ml1)* 11–12 scientia] sententia *O11* et *add. Ψ (-R1)* 12 perpetua] est *add. v2p* | incorruptibilis] corruptibilis *So2Ƶ1* corruptibilia *Ƶ4* 13 non – nisi] fundatur *Ƶ4* 16 particularia sint *inv. Ψ* 17 sit scientia *inv. Ƶ4 v2p* 18 anima] dicta *add. v2p* | sunt *post* quae *O11* 19–20 Cap. – semper *om. S1 O4* 22 aliquibus] a quibusdam *O11* 23 sit – accidentalis] accidentalem sive essentialem *Ψ* | essentialis] substantialis *v1v2p* | se *om. Ƶ4* 23–24 communem] commune *Π* 24 sicut] ut *Φ O11* 26 forma[1]] forme *v2p* | est totum *inv. Ƶ4* 27 omnis *ante* forma *So2Ƶ1 Π v1v2p om. Ve6* | enim artatur *inv. Π (-O4) v1v2p* | ad *V13R1Ve6*] aliquid *(post* loco *Π [*quid *O4] v1v2p) cett. codd., edd.; cf. App. II, § 1.6.1 n. 10* 28 quantitatem] contrarietatem *Π v1v2p* 29 contrarietate] per ipsam contrarietatem *Ƶ4* quantitate *Φ O11* 31 supra[2] *om. Ef5 v2p* | differentias *ex corr. Ƶ1* differens *So2* differentia *O11* 32 essentia formalis *inv. So2Ƶ1* 33–34 et[2] – semper] verius *Ef5 om. (hom.) N1* 33 materia] quod *add. Ψ Φ* 34 et[1] semper *om. O11* | et[3]] quod *add. Φ om. O11* 35–36 formalius – esse[1] *om. (hom.) S1 N1Ml1* 36 esse[2] *post* suum *Π v1v2p om. O11* 38 in[1] *om. O11 V2* | sit *om. O11 Π v1v2p* 40 intellectus] intll'e *O11* | quod] et *So2Ƶ1* | ubicumque] ubique *R1 S1 M1V16Pr1O4Ef5* 42 quidem] quod *Ƶ4 om. v2p* 43 est – animabus] ex omnibus est anima *O11* | in[1] – animabus] extra *Φ* | intellectum] intellectu *R1So2* in intellectu *Ve6* 44 concedunt] conceditur *O11* 45 numero] in *praem. Ef5 add. V2N1V16Ml1Pr1 def. M1* | sed] secundum *So2Ƶ1 N1M1 v2* 46 illius] istius *Π (-Pr1) v1v2p* 48 tertio] secundo *Φ* 49 fascinationis] vaticinationis *v2p* nominis *add. Φ* 50 nigromantici et] in nigromantici *(sequitur ras.) Po1* in nigro matricis *S1* | videlicet *ex corr. Po1* scilicet *(post* qua *R1 post* unus *Ƶ4) Ψ Ƶ4* 51 fascinat] fascinet *Π v1v2p* | animales] animalis *Φ om. Ψ*

6–9 Cf. Alb., De V univ. tr. de univ. in comm. c. 8. Ed. Colon. t. 1, 1A p. 38 v. 10–18; Alb., De praedic. tr. 2 c. 7, tr. 7 c. 9. Ed. Colon. t. 1, 1B p. 35 v. 46–49, p. 155 v. 58 – p. 156 v. 20 cum notis; de Libera, Métaphysique et noétique, 246–256. – 10–11 Cf. Auct. Arist. (ed. Hamesse p. 302 n. 12). Cf. etiam Arist., Praedic. c. 5 (2 b 5–6); Alb., De praedic. tr. 2 c. 4. Ed. Colon. t. 1, 1B p. 27 v. 1 – p. 28 v. 42. – 18 Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 13. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 195 v. 58 – p. 196 v. 9. – 22 In hoc capitulo doctrinae variae laudantur, quae, ut videtur, secundum Albertum ad unam communem radicem reduci possunt, praesertim doctrina de unitate quidditatis, quam ipse in libro De anima Alfarabio, Abubacher et Avempeche ascribit, et doctrina de unitate intellectus (vide supra p. 12 v. 45 – p. 13 v. 30). Accedit doctrina Avicennae et Algazelis de fascinatione. De Abubacher re vera Avempeche (Ibn Bāğğa), vide supra p. 13 v. 27 cum nota. – 22–38 dicunt – materia: Cf. Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 3, c. 6. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 181 v. 57–68, p. 185 v. 8–15. – 25 Supra p. 20 v. 1–6. – 39–41 isti – simul: Fort. Avic., Liber VI Nat. pars 4 c. 4 (ed. Van Riet p. 65 v. 36 – p. 66 v. 58); Algazel, Metaph. pars 2 tr. 5 (ed. Muckle p. 193 v. 13 – p. 194 v. 30). – 42–48 concludunt – intellectus: Sc., secundum Alberti interpretationem, ut videtur, Avempeche, Abubacher (re vera Avempeche), Averroes et Alfarabius. Cf. Averr., De anima l. 3 comm. 36 et 5 (CCAA VI, 1 p. 491 v. 337–353, p. 406 v. 575 – p. 407 v. 596); infra v. 48 cum nota. – 48 Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 6, c. 7, tr. 3 c. 8. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 184 v. 76 – p. 185 v. 4, p. 186 v. 59–77, p. 218 v. 48–65. – 49 – p. 22 v. 1 concludunt – ipso: Cf. Avic., Liber VI Nat. pars 4 c. 4 (ed. Van Riet p. 65 v. 36–42); Algazel, Metaph. pars 2 tr. 5 (ed. Muckle p. 194 v. 15–24).

ipso. Habent autem rationes primae suae positionis, unam quidem potissimam quam DIXIMUS et alias quas in LIBRO DE ANIMA posuimus.

Et quia longum est omnibus talibus immorari, videtur nobis sine praeiudicio melioris sententiae dicendum quod haec positio falsitate subnixa est, quia esse verum et ratum in natura est illud quod dat forma materiae et particulari, esse autem formale non est nisi secundum aptitudinem in essentia formae et non secundum actum nisi per intellectum separantem, sicut DIXIMUS; et ideo verissime loquendo, essentia formae non est nisi secundum aptitudinem ubique et semper et non secundum actum.

Et quod DICUNT, verius esse rem ubi est secundum se quam ubi est per accidens, dicendum quod hoc verum esset si ubique et semper esse conveniret ei secundum actum; hoc autem non est verum, et ideo non sequitur id quod CONCLUDUNT, quia esse secundum | aptitudinem est esse secundum quid et potentiale; esse autem in materia est esse perfectum et secundum actum.

Et cum DICITUR quod hoc accidit formae, dicendum quod hoc accidens non facit per accidens esse ipsum esse quod est actus materiae et compositi a forma – hoc enim substantiale et verum – sed per accidens dicitur ibi idem quod est gratia alterius et non propter seipsum convenire, quia hoc verum est, quod esse in materia non convenit formae et essentiae gratia sui et propter seipsam.

Cap. 5. De confutatione erroris Platonis circa praedeterminata

Adhuc autem oportet mentionem facere de PHILOSOPHIA PLATONIS, qui ad omnem huiusmodi difficultatem solvendam triplex distinguebat universale, unum quidem ante rem, quod est causa formalis praehabens virtute totum esse et posse uniuscuiusque rei, quod dicebat esse separatum et perpetuum ante rem existens, quia cum sit causa, oportet quod sit ante rem. Et cum transmutatio et corruptio et generatio non sint nisi in subiecta materia, erit illud ante omnia huiusmodi, et ideo incorruptibile et perpetuum. Et hoc, cum det totum esse materiae et individuorum sicut sigillum dat cerae figuram, erit praehabens totum esse et virtutem rei.

Hoc igitur universale dixit esse separatum et mathematicum existens secundum seipsum et esse principium scientiae et generationis, causam formalem in omnibus generatis et extra generata manere sicut paradigma ligneum ad quod fiunt calcei manet extra coria, cum tamen ad ipsum formetur omnis calceus. Et quia hoc perpetuum est, dixit esse principium scientiae. Et quia immateriale est, dixit esse semper et ubique in omnibus animabus idem.

Secundum autem universale dixit esse cum re, et hoc dixit esse formam impressam rebus ex primo universali ex quo formae rerum egrediuntur sicut ex quodam

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 18 *p* p. 496

1 positionis] opinionis *Φ* 2 quam] quas *Π (-Ef5) v1* | alias quas] aliam quam *Φ* 3 libro *om. Ψ (-So2)* | posuimus] ponimus *O11* 4 est] in *add. Ζ4 Po1* 5 dicendum *om. O11* 6 haec positio *om. O11* | positio – subnixa] opinio falsitati obnoxia *(*obnixa *v2) v2p* 7 ratum] rarum *R1 Π* | forma] formam *v2p* | et[2] *om Φ v2p* 9 aptitudinem] aptitudine *O11* | formae] forma *O11* 10 per] secundum *v2p* | separantem] semper autem *O11* | sicut] ut *v2p* 12–13 secundum actum] in actu *v2p* 14 quod] quia *O11* | dicunt *Ψ Ζ4*] dicit *cett. codd. (-Pr1), edd. om. Pr1* | secundum] per *Ψ Ζ4* | se] ipsam *add. Φ* 15 dicendum] est *add. Π (-Ef5) v1* 15–16 verum esset *inv. v2p* 16 esse *om. So2 Ζ4* | conveniret] communicaret *O11* 18 id] illud *v2p* | quia] quod *Ve6 Π (-O4Ef5) v2p om. Ef5* 19 quid] quod *V2N1M1V16Pr1Ef5* | potentiale] po[lc] *So2Ζ1* potentia *Φ* 20 esse] verum et *add. Π v1v2p* | esse perfectum *inv. Ψ* 21 accidit] accidens *Ζ4* 23 et *om. O11* 24 substantiale] est *praem. Π v1v2p ex corr. Po1* est *add. Ζ1* 24–25 ibi idem] ibidem *Ve6 v2p* ibi *Φ Ef5* ibi illud *v1* 29–30 Cap. – praedeterminata *om. O4* 30 praedeterminata] determinata *Ve6 Ml1 v2p* 32 ad] apud *v2p* 32–33 difficultatem] facultatem *(ante* huiusmodi *v2p) Π v2p* 33 solvendam] solam *O11* | distinguebat *ante* triplex *O11* distinguit *v2p* 35–36 et – esse *om. (hom.) Π v2p* 35 posse] post se *Φ* 37 quia] quod *Φ* 38 et[1] … et] vel … vel *Φ* | corruptio … generatio *inv. Ψ Ζ4 v2p* 38–39 non sint nisi] non s. *So2 O11* nisi s. *Ζ1* 39 subiecta] sb'a / sbā / subā *Ψ (-Ve6) Φ N1 v2* | illud] idem *Ζ4* etiam *O11* 40 incorruptibile] generabile *v2* est ingenerabile *p* | hoc cum *inv. Π v1v2p* 41 det] dat *v2p* | totum] corporum *O11* | et] est *Π* est esse *add. v2p om. v1* 42 figuram] figura autem *add. v2p* | erit] esset *Ζ4* 44 igitur] ergo *M1 v2p* | dixit] diximus *O11* 45 esse] est *So2Ζ1* 47 generatis] generativis *O11* 47–48 ligneum] lignum *So2Ζ1* 49 formetur] formaretur *O11* 50 est dixit] diximus *O11* 51–53 esse – dixit *om. (hom.) Po1* 51 semper … ubique *inv. Ψ* 52 animabus] animalibus *Ζ4[ac] Π v2p om. S1* 53 esse *ante* dixit *v1 om. Π v2p* | cum] in *Ζ4* tantum in *v2p* 54 dixit *om. Ζ4 Π v1v2p* | esse – impressam] ex forma impressa *Ζ4* | ex *om. So2Ζ1* | universali] et *add. v2p* 55 ex[1] – formae *om. Ζ4* | rerum] esse *So2Ζ1*

2 Supra p. 21 v. 22–31. – 3 Fort., Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 3. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 181 v. 46–71. – 10 Supra p. 19 v. 21–54. – 14–15 quod – accidens: Vide supra p. 21 v. 32–37. – 18 id – concludunt: Vide supra p. 21 v. 37–38. – 21 cum – formae: Vide supra p. 21 v. 22–27. – 31 – p. 23 v. 6 Cf. Alb., Phys. l. 1 tr. 1 c. 6. Ed. Colon. t. 4 p. 10 v. 53–61; Alb., De anima l. 1 tr. 1 c. 4. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 8 v. 81–90; Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 2. Ed. Colon. t. 12 p. 4 v. 51–88; Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 2 c. 22. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 116 v. 44–62; Alb., Super Ethica l. 1 lect. 5. Ed. Colon. t. 14 p. 25 v. 2–15; Alb., Ethica l. 1 tr. 5 c. 12 (Ed. Paris. t. 7 p. 72b–73a). De origine huius distinctionis, quam Albertus re vera ab Avicenna vel Eustratio hausisse videtur, cf. Bertolacci, Le citazioni implicite, 221–230; de Libera, Métaphysique et noétique, 223–239; Noone, Albert and the *Triplex universale*; Avic., Logica (ed. Venetiis 1508 f. 12ra–vb); Eustr., In Eth. Nic. l. 1 c. 7 (ed. Mercken p. 69 v. 4 – p. 70 v. 29). – 44–45 separatum – existens: Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 9 (992 a 32 – b 1); Alb., Metaph. l. 1 tr. 5 c. 12. Ed. Colon. t. 16 p. 85 v. 30–41: '(…) Cum enim in sensibilibus non inveniatur aliquid permanens unum in multis et de multis existens, oportere iudicabant (*sc.* Platonici) ponere mathematicas, hoc est separatas, formas, quae immobiles existentes unum essent in multis et de multis et sic facerent res esse, quod sunt, et sunt principium sciendi res, quae sciuntur, Et sic oportebat, ut dicunt, mathematicas formas tractari propter sensibilia'. – 47–49 paradigma – calceus: Cf. Alb., Phys. l. 1 tr. 3 c. 17. Ed. Colon. t. 4 p. 75 v. 11–24.

echmagio, hoc est sigillo. Hoc autem secundum dixit subiacere motui et mutationi propter materiam in qua est.

Tertium autem dixit esse post rem, quod est per considerationem acceptum a rebus. Et per hoc dixit non quidem rem sciri, sed sciri in propria natura per applicationem formae ad particulantia eam et individuantia.

ARISTOTELES autem contra dictum istud multis rationibus disputavit ostendens, sicut et verum est, principia rerum proxima esse particularium particularia et corruptibilium corruptibilia, de quibus non est praesentis intentionis disserere. Sed hoc quod est ad propositum est hoc, quod si causae et essentiae rerum perpetuae et incorruptibiles sunt tales ut DICIT, tunc illae nihil omnino sunt de esse rerum naturaliter existentium; sed res non cognoscuntur nisi per principia quae sunt de esse earum; igitur per universalia praeexistentia et praehabentia esse rerum nulla res cognosci potest, et sic inutiles sunt ad scientiam rerum.

Adhuc autem secundum hoc falso universale praedicaretur de pluribus unum existens, quia secundum appropriatum est et non convenit pluribus, primum autem nihil est de esse rerum, et ideo ipsum praedicari non potest de re aliqua. Propter quod absque dubio inconvenientissima est philosophia Platonis in hac parte.

Adhuc autem naturalia differunt a mathematicis in hoc quod ipsa per rationem diffinitivam concepta sunt cum materia | mobili et sensibili; qualiter ergo potest fingi quod talia existant separata?

Adhuc autem, si essent separata, quid faceret ea tangere materiam et causare esse naturale in ipsa? Echmagium enim quod ponit non tangit ceram ad sigillandum nisi aliquo movente. Quid autem movens sit huiusmodi formas separatas impossibile est dicere etiam si fingere velit aliquis.

Haec igitur dicta sunt de natura et essentia intelligibilis.

Ψ = V13R1Ve6So2Z1 Z4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 28 *p* p. 497

1 echmagio *(*eth-*?) So2 Z4*] ech-/ethinagio *V13Z1 Φ O11 N1Pr1O4Ef5 v1* ethynagio *R1* echimagio *Ve6 V16Ml1* ethinagyo *V2* ethemagio *v2* etymagio *p comp. inc. M1* | hoc est] id est *O11* | dixit] dicit *Φ v2p* 4–5 quidem] quidam *O11* 5 natura] et *add. Π v1v2p* 6 particulantia *ex corr. Po1* particularia *So2Z1 O11* | eam *om. O11* 7 istud] i[d] *Po1* illud *S1 v2p* 8 et *om. Φ* 9 particularium *ante* esse *Ef5 v2p om. So2Z1* | particularia] particula *O11* 11 intentionis] speculationis *v2p* | Sed] ad *add. So2Z1* 12 causae] esse *v2p* | perpetuae] proprie *O11* | et[2] *om. So2Z1* 13 dicit] dixit *Π v1v2p* | tunc illae *inv. Φ* 14 naturaliter] naturalium *Ψ* 14–15 sed – non] neque *(*nec *M1)* res *Π v1v2p* 15 cognoscuntur] cogitur *O11* 16 earum] eorum *Π v1* ipsorum *v2p* | igitur] ergo *Φ M1* 17 cognosci potest] cognoscitur *Π (-M1) v1v2p* cognoscuntur *M1* 18 scientiam] scientias *v2p* 19 autem] et *add. v2p* | falso] false *Ve6 v2p* | universale] naturale *O11* 19–20 praedicaretur] predicatur *So2Z1 N1* 20 secundum] hoc *add. v1* quod *add. v2p* 21 et *om. O4 v2p* 22 nihil *post* est *(*esse *V2) O11 Π (-Ml1Pr1) v1v2p post* esse *Ml1 om. Pr1* | ideo *om. Z4* 23 non potest *ante* Propter *Π v1v2p* | re aliqua *inv. Ψ Φ* re reliqua *Z4* 26 naturalia] universalia *Φ* 28 cum *Π (-M1) v1v2p (fort. e coniectura)*] in *Φ (fort. e coniectura) om. Ψ Z4 O11 M1; cf. App. II, § 1.6.3 n. 4* | et *om. Φ* | ergo] igitur *Ψ* 30 ea] eam *Π* 31 esse naturale *inv. Φ* rem naturalem *R1Ve6* | in] se *add. So2Z1* | in ipsa *om. Ve6* | ipsa] ipso *O11* 31–32 Echmagium *(*eth-*) Z4*] ech-/ethinagium *Ψ (-Ve6) Φ N1Pr1O4Ef5 v1* ethinagy *Ve6* ethingium *O11* ech-/ethimagium *V2M1V16Ml1 v2* etymagium *p* 32 enim *om. Z4 O4* | ponit] primo *add. Φ* | ceram] causam *Π (-Pr1Ef5) v1* 33 movente] motore *O11* | sit huiusmodi *inv. Π v1* 34 formas] substantias *Ψ Z4* | etiam si] que si *V2Ml1Pr1* nisi *O4* 35 velit] vellet *Ψ Z4* 36 sunt] sint *V13R1 Z4* | natura et *om. Φ* | intelligibilis] intelligibilium *Φ O11*

1 echmagio – sigillo: Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 6 (988 a 1): transl. Iacobi: Arist. Lat. XXV,1–1[a] p. 22 v. 14; transl. Anon.: Arist. Lat. XXV,2 p. 22 v. 26; Alb., Metaph. l. 1 tr. 4 c. 13. Ed. Colon. t. 16 p. 66 v. 71–77; Alb., Phys. l. 2 tr. 2 c. 2. Ed. Colon. t. 4 p. 99 v. 47–52; Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 1 c. 3. Ed. Colon. t. 17,2 p. 8 v. 72 – p. 9 v. 18; Gaul, Alberts des Grossen Verhältnis zu Plato, 42; de Libera, Métaphysique et noétique, 228–229; Albert der Grosse, Über die Natur und den Ursprung der Seele, 44 cum nota 8. – 4–6 Et – individuantia: Cf. Alb., Anal. Pr. l. 2 tr. 6 c. 9 (Ed. Paris. t. 1 p. 781b): 'Aut enim dicitur scire in universali: et hoc scire est in potentia: quia particulare quamvis sciatur in universali, tamen non scitur nisi in quantum particulare est in universali. Hoc autem est in potentia: quia quodlibet universale principium est particularis, per hoc quod universale virtute et potentia est particulare, et efficitur actu particulare per hoc quod deducitur et determinatur ad particulare. Hoc igitur est scire in universali. Est etiam scire in propria natura: et hoc dicitur scire in particulari: quia res quaelibet per propriam suam naturam particularis est particulata et determinata sub communi et universali natura cui substat'. Cf. etiam Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 447 v. 77 – p. 448 v. 8: '(…) intellectus procedit componendo et resolvendo. Et procedit etiam usque ad individuum componendo, sed hoc est per reflexionem ad sensum, non quod particulare ut particulare sit in intellectu, sed quod anima rationalis universale per individuantia comparat ad materiam, et tunc accipit ipsum secundum propriam naturam rei; licet enim intellectus accipiat universale, ipse tamen potest coartare ipsum per differentiam quidem ad speciem et per comparationem ad individuantia ad materiam'. – 7–9 Aristoteles – particularia: Arist., Metaph. l. 12 c. 5 (1071 a 17–24); cf. Alb., Metaph. l. 11 tr. 1 c. 15. Ed. Colon. t. 16 p. 480 v. 35–70. – 9–10 corruptibilium corruptibilia: Arist., De caelo et mundo l. 3 c. 7 (306 a 9–11); cf. Alb., De caelo et mundo l. 3 tr. 2 c. 6. Ed. Colon. t. 5,1 p. 236 v. 14–27. – 12–18 si – rerum: Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 9 (991 a 12–14); Alb., Metaph. l. 1 tr. 5 c. 8. Ed. Colon. t. 16 p. 79 v. 19–34. – 13 Vide supra p. 22 v. 37–40. – 30–35 Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 9 (991 a 8–11, b 4–5, 992 a 24–26); Alb., Metaph. l. 1 tr. 5 c. 8, c. 9, c. 12. Ed. Colon. t. 16 p. 78 v. 65 – p. 79 v. 18, p. 81 v. 10–14, p. 84 v. 81 – p. 85 v. 4.

TRACTATUS TERTIUS
LIBRI DE INTELLECTU ET INTELLIGIBILI

IN QUO AGITUR DE COMPARATIONE INTELLECTUS AD INTELLIGIBILE

Cap. 1. Qualiter intelligibile est in intellectu

| De comparatione autem intelligibilis ad intellectum secundum unitatem et diversitatem unius ad alterum post hoc est dicendum. Cum enim omnis intellectus fiat per assimilationem quandam intellectus ad intelligibile, oportet unum fieri ex intellectu et intelligibili; hoc autem unum non est omnino sicut subiecti et accidentis neque omnino est unum sicut fit ex materia et forma unum, sicut convenienter ostensum est in TERTIO DE ANIMA; et ideo oportet hic enucleatius inquiri quale unum sit illud.

Ad hoc autem sciendum oportet nos videre ea quae uniuntur luci ex coloribus qui abstrahuntur ab ipsa; inter omnia enim corporalia nihil est in quo tanta similitudo incorporeorum appareat sicut est lux; propter quod etiam intellectus agens est sicut lux dictus in LIBRO DE ANIMA. Dicamus igitur quod in luce tria sunt, quae sunt lux, lucere et lumen, quae, si considerentur in se, realem differentiam nullam omnino vel parvam videbuntur habere. Si autem considerentur relata ad quaedam alia, tunc magnam inter se habent differentiam, quoniam lux est forma luminis in corpore quod fundit lucem et lucere est emanare formam illam in aliud et lumen est iam recepta forma illa ab eo quod primo lucet.

Color autem, cum abstrahitur a corpore et efficitur secundum esse spirituale in perspicuo sive diaphano, est in eo non omnino sicut accidens in subiecto, quoniam accidens a subiecto non habet formam et essentiam accidentis, sed esse tantum, color autem a lumine habet essentiam et for|mam coloris, sicut in PRIMO DE SENSU ET SENSATO ostensum est.

Adhuc autem non est in eo sicut forma in materia, quia forma educitur per alterationes de materia et fit generatio rei compositae. Color autem non sic educitur de perspicuo pervio, sed sicut ALIBI dictum est, abstractione formali pura abstrahitur de colorato corpore, sicut figura abstrahitur de sigillo.

Adhuc autem forma esse materiale habet in materia in qua est; color autem in perspicuo non habet esse materiale, sed spirituale; propter quod etiam subita est immutatio perspicui a coloribus et lumine; haec autem omnia in ALIIS sunt declarata.

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 6 *p* p. 498 35 *p* p. 499

1–5 Tractatus – intellectu *om. O4* 1 tertius *ante* tractatus *Ζ4 N1M1V16Pr1Ef5 v1 om. V2* 7 et] secundum *add. Φ* 8 est dicendum *inv. Po1 v2p* 9 intellectus *om. Φ* | intelligibile] intellectuale *Ve6 M1* 11 non *om. So2Ζ1* | subiecti … accidentis] subiectum … accidens *Φ O11* 12 neque] nec *S1 v2p* | omnino est *inv. Ψ v2p* | sicut] quod *v2p* | fit *post* forma *(*sit *So2Ζ1) Ψ* 13 convenienter *om. Ψ Ζ4* | ostensum est *post* anima *Ψ* 14 enucleatius] enuclearius *(*-cliarius, -cliariis, enuthearius*) Π* clarius *v2p* | quale] qualiter *Φ* 16 autem *om. Φ* 17 ab] ex *Π (-M1) v1v2p* 18 corporalia] incorporalia *Φ O11* | tanta] causata *So2 v1 dub. V13Ve6Ζ1 O11* 21–22 quae sunt *inv. v2p* 23 realem – nullam] differentiam nullam realem *v2p* | nullam] nulla *O11* | omnino *om. Φ* 24 autem] aut *O11* 25 magnam] magis *So2Ζ1* | magnam … habent] magnam videbuntur … habere *Φ O11* | inter – habent] habent inter se *Π v1* 26 quoniam] quia *v2p* 30 cum *Ψ Φ (fort. e coniectura)*] secundum quod *O11 Π v1v2p (fort. e coniectura) om. Ζ4; cf. App. II, § 1.6.3 n. 4* 31 sive] vel *Ψ* 32 omnino *om. Φ* 33 a] in *Ζ4* 33–35 accidentis – formam *om. O11* 34 tantum] tantummodo *v2p* | a lumine] aliud *Ζ4* 35 essentiam … formam *inv. Ve6 Ζ4 Φ* 36 ostensum] dictum *Ψ* determinatum *Π v1v2p* 37 Adhuc] ad h' *Ζ1 O11* 38 educitur] adducitur *(*adu- *S1) Φ* | alterationes] alterationem *v2p* 40 est] ab *add. So2Ζ1* 41 pura *om. v2p* | de] a *Φ O11* | corpore *post* de *So2Ζ1 om. v2p* 42 abstrahitur *om. v2p* | de] a *O11* 43 Adhuc] ad h' *Ζ1 O11* 46 immutatio] ī mīo *So2Ζ1* mutatio *v2p* 47 in aliis] alibi *Ψ* | declarata] determinata *R1So2Ζ1 O11*

13–14 Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 7, c. 12. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 186 v. 38–49, p. 194 v. 51–77. Vide infra p. 34 v. 29 – p. 35 v. 26. – 20–21 Arist., De anima l. 3 c. 5 (430 a 15–17). – 26–29 lux – lucet: Cf. Avic., Liber VI Nat. pars 3 c. 1 (ed. Van Riet p. 170 v. 7 – p. 171 v. 22); Alb., De anima l. 2 tr. 3 c. 8. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 110 v. 63–69; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 162 v. 75–78 cum nota. – 31 esse – diaphano: De esse spirituali colorum in medio cf. Averr., De anima l. 2 comm. 97 (CCAA VI,1 p. 277 v. 27–33); Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 183 v. 38 – p. 184 v. 8 cum notis. – 35–36 Alb., De sensu et sen. l. 1 tr. 2 c. 1. Ed. Colon. t. 7, 2A p. 58 v. 49–69; cf. Arist., De sensu et sens. c. 3 (439 b 14–18). – 40 alibi: Cf. Arist., De anima l. 2 c. 12 (424 a 19–21); Alb., De anima l. 2 tr. 4 c. 1. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 149 v. 7–24. Cf. etiam Alb., De anima l. 2 tr. 3 c. 6, c. 7. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 107 v. 38–82, p. 109 v. 48 – p. 110 v. 15. – 47 aliis: Cf. Alb., De anima l. 2 tr. 3 c. 6, c. 7. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 107 v. 38–82, p. 109 v. 48 – p. 110 v. 15; Alb., De sensu et sens. l. 1 tr. 3 c. 2. Ed. Colon. t. 7, 2A p. 98 v. 71 – p. 100 v. 24. Vide etiam supra v. 30–42 cum notis.

Si autem solum intellectum diceremus esse lucem quae in ipso est, tunc intellectus et intelligere et intelligentia sua recepta ab aliquo non differret, et intelligendo id quod reciperet suam lucem intellectualem intelligeret suum proprium intelligere, et intelligendo quodlibet intelligibilium et se et suam propriam actionem intelligeret.

Per omnem eundem modum imaginari nos oportet de intellectu et intelligibili secundum actum dicto quod in ipso est. Hoc enim abstractum est a rebus, et cum est in lumine intellectus, est in eo quod dat ei formam intelligibilitatis secundum actum, et non sicut accidens in subiecto neque sicut forma in materia. Neque hoc est inconveniens, quia talia secundum esse spirituale quod habent in suis abstrahentibus accepta neque sunt accidens neque substantia secundum verissimas acceptiones ipsorum neque sunt entis differentiae vel species aliquae, nisi accipiatur ens secundum quid, sed sunt quaedam entium intentiones secundum potestatem suorum agentium accepta; potestas enim luminis est tale esse conferre coloribus et potestas est intellectus tale esse conferre intelligibilibus secundum actum intelligendi acceptis.

Planum autem est ex his quae dicta sunt quod intellectus non alia operatione sive actione intelligit suum intelligere quam intelligendo intelligibilia et quod intelligit se quodlibet intelligibilium intelligendo. Cuius causam IAM DIXIMUS, quia intellectus sonat lucem incorpoream naturae intellectualis, quae sive accipiatur in ipsa natura intellectuali sive emanans ab ipsa sive recepta et terminata super intelligibile, non habet in se formalem aliquam differentiam. Si autem ad alia referantur ista, tunc differunt secundum ea ad quae referuntur.

Cap. 2. De diversitate intelligibilium in genere

Est autem in intelligibilibus diversitas quae est in coloribus comparatis ad visum. Propter multam enim victoriam et permixtionem perspicui clari in corporibus terminatis videmus quosdam colores in luminis adventu effici scintillantes et spargentes lumen ad illuminationem aliorum, et aliquando, si fere in toto sit perspicuum corpus coloratum, si lumen superveniat, colores illi colorant alia corpora sibi opposita, sicut videmus in vitro colorato per quod lumen veniens secum trahit colorem vitri et ponit eum super corpus cui per vitrum incidit lumen. Quaedam autem ita sunt vincentia in puritate diaphani quod adeo radiantia efficiuntur quod vincunt harmoniam oculi et videri sine magna difficultate non possunt. Quaedam autem tantum sunt expertia luminis et diaphani quod vix discerni possunt visu propter parvitatem suae compositio|nis ex perspicuo, cuius proprius actus est lumen.

Similiter autem est in intelligibilibus, quoniam formae illorum, per hoc quod sunt simplices et universales et nihil de privatione materiae intermixtum habentes, sunt intellectus quidam sicut colores clari sunt luminis quiddam. Secundum autem quod sunt magis secundum naturam priora et universaliora et simpliciora, sic sunt intelligibiliora et lucem intelligibilitatis aliis conferentia, sicut sunt dignitates. Quaedam autem luce sua nostrum intellectum, qui cum continuo et tempore est, vincentia sunt, sicut sunt 'manifestissima in natura', quae 'se habent ad nostrum intellectum sicut lumen solis' vel fortissime scintillantis coloris 'ad oculos noctuae' vel 'vespertilionis'.

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 48 *p* p. 500

1 solum] sol' *O11 N1Pr1* solis *V2V16Ml1Ef5 v1* | diceremus] dicemus *Ζ4* | esse *om. Ef5 v2p* 2 est *post* quae *Ψ* | intelligere] intelligibile *v2p* | intelligentia *v1*] intell'ia / intellīa *codd. (-Ve6 Ef5)* intelligibilia *Ve6 Ef5 v2p* 3 differret] differrent *Po1 Ef5 v2p* differenter *S1* | et *om. S1 O11* 4 intelligeret] intell'ig̃ *R1* intelligere *Ve6So2Ζ1* 5 et *om. O11* 7 nos *post* modum *Pr1 v1v2p om. M1* 8 intelligibili] intll'i *Ζ4 O11* | dicto] dico *So2Ζ1 S1* dicendo *Ζ4* 11 et *om. Φ V2* | et non] et *V13Ve6* et n_3 *So2* $qn̄_3$ *Ζ1* | accidens] est *add. v2p* 12 neque[1]] nec *Φ M1* | Neque[2]] nec *Φ* 13 inconveniens] movens *O11* 14 suis] sui *Ψ (-Ve6) Ζ4* | sunt *Π v1v2p in marg. Po1*[2] *(fort. e coniectura)*] *om. cett. codd.; cf. App. II, § 1.6.3 n. 5* 16 ipsorum] sui *(post* verissimas*) Ψ* eorum *Φ* | differentiae] neque *add. Ζ4* | aliquae] aliqua *Ζ4* 17 accipiatur] accipitur *O11 V2* | ens *om. Ζ4 V16* 19 accepta] accepte *Φ O4* 20 est *post* intellectus *Ve6So2Ζ1 M1 v2p om. Φ* 22 Planum] et *praem. O11* 22–23 quod – non *om. O11* 24 quam *om. O11* | intelligendo] sua *add. Π v1v2p om. Φ* | intelligibilia] intll'ia *O11 V2Pr1* 26 iam *om. O11* 27–28 ipsa natura *inv. v2p* 28 intellectuali] intelligendi *So2Ζ1* | emanans] manans *Po1 O11 v2p* manens *S1* | ipsa sive] ipso sui *O11* | et] sive *Π v1v2p* 29 intelligibile] intll'e *O11* 29–30 formalem aliquam *inv. So2Ζ1* 30 aliquam *ex corr. Po1* aliam *S1 O11* | referantur] referuntur *(reff-) Φ* | ista] illa *v2p* 31 differunt] different *Φ* | ad *om. Φ M1Pr1* 32 Cap. – genere *om. O4* | intelligibilium] intellectuum *S1 O11* 33 in[1]] de *Φ* 34 multam enim *inv. So2Ζ1* 37 spargentes] pergentes *O11* 38 fere] vere *v2p* 39 superveniat] superveniant *O11* | colores illi *inv. Π v1v2p* | illi] illa *Ζ4* 41 veniens] intrans *Φ* | secum trahit] contrahit *Ve6* se contrahit *So2Ζ1* 43 Quaedam] quidam *O11* | sunt *ante* ita *Po1 Π v1v2p post* vincentia *O11* | in *om. O11* 44 adeo] ab eo *O11* | adeo – quod *om. (hom.) Ml1* | radiantia] radientia *(sic) So2Ζ1 V16* | quod[2]] quia *So2Ζ1* | vincunt] veniunt *V2* vincant *N1M1Ef5* 46 tantum *ante* luminis *Π v2p om. Φ O11 v1 def. Ml1* | sunt expertia *inv. O11* | expertia] expergentia *v2* spargentia *p* 50 in *om. Ζ1 Po1 O11 V2M1* 51 illorum] eorum *Ζ4 Ef5* 52 intermixtum] intramixtum *Ψ* immixtum *v2p* | intermixtum habentes *inv. Φ O11* 53 quidam] quiddam *N1V16Ml1Ef5 ex corr. Po1* quoddam *M1* quendam *Pr1* quedam *O4* 54 quiddam] quidam *Po1*[1] quoddam *M1* quedam *O4* quidem *v2p def. v1* 55 sic] sicut *So2Ζ1 p* 57 sunt *om. Π v1v2p* | Quaedam] quidam *Ζ4* 57–58 nostrum intellectum *inv. Ζ4* 59 sunt[1] *om. Ζ4 O11* | sicut sunt *om. (hom.) Ve6Ζ1* | natura] materia *O11* | quae] sic *add. Ζ4* | se habent *inv. Ψ (-Ve6)* 60 nostrum intellectum *inv. O11* 61 ad oculos *om. O11*

22–25 intellectus – intelligendo: Cf. Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 16. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 199 v. 22–52; Arist., De anima l. 3 c. 4 (429 b 5–10); transl. vetus: Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 198 v. 84–86. – 26 Supra p. 24 v. 16–29. – 57 dignitates: Cf. Arist., Anal. Post. l. 1 c. 2 (72 a 14–18); transl. Iacobi: Arist. Lat. IV,1–4 p. 8 v. 22 – p. 9 v. 3); Alb., Anal. Post. l. 1 tr. 2 c. 4 (Ed. Paris. t. 2 p. 29b – p. 30a). – 58 qui – est: Cf. Arist., De memoria et rem. c. 1 (450 a 7–9); Alb., De sensu et sens. l. 2 tr. 1 c. 2. Ed. Colon. t. 7, 2A p. 118 v. 14–29. – 59–61 manifestissima – vespertilionis: Cf. Arist., Metaph. l. 2 c. 1 (993 b 9–11); transl. Iacobi: Arist. Lat. XXV,1–1[a] p. 36 v. 12–14 et app. ('manifestissima', 'habent', 'lumen', 'noctuarum'); transl. Anon.: Arist. Lat. XXV,2 p. 36 v. 11–13 ('manifestissima', 'se habent', 'oculi'); transl. Arabico-Lat.: ed. Darms p. 53 v. 13–15 ('solis', 'oculorum', 'vespertilionis'). Cf. etiam Alb., Metaph. l. 2 c. 2. Ed. Colon. t. 16 p. 92 v. 70–73 cum nota; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 406 v. 21–24 cum nota.

Quaedam autem non manifestantur nisi lumine alieno, sicut ea quae ex primis et veris accipiunt fidem. Quaedam autem ex nimia sua permixtione cum privatione perfecto intellectu comprehendi non possunt, sicut motus et tempus et materia prima.

Ex his clarum est quare theologica maxime manifesta parum intelliguntur et mathematica maxime intelliguntur et physica certum et firmum intellectum raro habent. Hoc enim contingit ideo, quod divina sua luce nostrum intellectum vincunt et reverberant. Mathematica autem intellectui nostro proportionata et in se intellectui et lumini intellectus permixta sunt. Physica autem propter materiam et privationem et motum ab intellectualitate cadunt. Inde est quod divina sunt super intellectum, mathematica in intellectu et physica sub intellectu esse dicuntur.

Ulterius autem advertere ex dictis est qualiter habitus principiorum dicitur esse intellectus et habitus conclusionis scientia et ipse decursus ex principiis in conclusionem dicitur ratiocinatio, quoniam plurimum lucis intellectus et formae habent principia, propter quod a forma intellectus nominantur. Sed minimum et quasi per aliud medium de lumine intellectus habet conclusio, propter quod aliud sortitur vocabulum, et dicitur scientia, quae semper est effecta secundum quod est scientia et numquam causans lumen in aliquo alio nisi ut principium accipiatur. Ratiocinatio autem dicit collationem et quasi directionem per se lucentis super alterum, et ideo tali nomine censetur ipse decursus principiorum in conclusiones.

Ulterius autem ex his advertere est quod quaedam sunt in quibus quasi eclipsatur lumen intellectus ab interpositione obscuritatis materiae et privationis, et venit lumen super ea umbrosum et obscurum, sicut est in his quae probabilia tantum esse dicuntur, sed omnino retunditur in his quae tantum sunt sensibilia, sicut in PRIMO HUIUS SCIENTIAE LIBRO dictum est.

Et ex hoc est advertere quare in probabilibus sunt argumentationes imperfectae et conclusiones acceptae cum formidine contradictionis. Probabilia enim neque prima sunt et vera, quae luce intelligentiae sunt plena, neque ex primis et veris sumunt fidem, sed sunt quae communiter extrinsecus inveniuntur in rebus in quibus est quasi quaedam ultima resultatio luminis intellectualis cum multa umbra causata a materia et privatione, et ideo universales in talibus aut non sunt verae aut non sunt immobilis veritatis. Et cum omnis perfectio argumentationis et certitudo sit ab universali et immobili veritate, oportet in talibus et argumentationes imperfectas esse et incertas; quare nec bene concludunt nec conclusio erit accepta sine magna formidine contradictionis. De opinione autem et dubitatione et ambiguo diximus in ALIIS et adhuc locus erit de eis aliquid dicendi in PHILOSOPHIA PRIMA.

Ψ = V13R1Ve6So2Ζ1 Ζ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p

1 nisi] in *add.* **Φ** 2 et *om.* **Φ** 3 autem *om. Ζ4* | sua *om. v2p* 5 et[1] *om. v2p* 6 clarum] perspicuum **Φ** *O11* | quare] quia **Φ** *N1M1V16Ml1Ef5* quod *V2Pr1O4 v1v2p* 7 parum] parvum *S1 O11* 7–8 intelliguntur] intelligantur *Ζ4 Ml1* 8–9 intellectum – habent] raro habent intellectum *v2p* 9 contingit] convenit *So2Ζ1* 9^{t}/9^{it} *Po1 O11 M1Pr1O4* | quod] quia *So2Ζ1* **Φ** *O11 Ef5* quia quod *Pr1* | sua luce *inv.* **Ψ** suo lumine *O11 om. Ef5* 10 nostrum intellectum *om.* **Φ** | intellectum vincunt *inv. v2p* 11 et *om. v2p* | se] et *add. So2Ζ1* **Π** *v1v2p* 13 materiam … privationem *inv. So2Ζ1* **Π** *v1v2p* 14 Inde] hinc *v2p* 15 in *om. O11* | et *om. Ζ4* **Φ** *O11* 17 est *ante* ex **Ψ** *post* autem *v2p* 18 esse *om.* **Φ** 19 ipse] tempore *So2Ζ1 V2N1* 20 conclusionem *ex corr. Po1* questionem *S1* | dicitur] esse *add.* **Φ** 21 lucis **Ψ** *v1*] *post* intellectus *cett. codd. (-Ζ4) v2p om. Ζ4* 22 forma] formis *O11* | nominantur] numerantur *Ζ4* 25 est effecta *inv.* **Ψ** *(-R1)* effectiva *R1* 26 est scientia *inv. So2Ζ1* 26–27 aliquo alio *inv. Ζ4* **Π** 28 lucentis] lucentem *O11* 29–30 decursus] concursus *Ζ4* 31 advertere est] adverto *O11* adverte **Π** *v2p* 32 sunt *om. v2p* 34 lumen – ea] super *(*supra *p)* ea lumen *v2p* 35 tantum esse dicuntur *Ζ4 S1 O11*] t. d. **Ψ** e. t. d. *Po1* e. d. t. **Π** *(-O4Ef5) v1v2p* sunt t. *O4* e. d. *Ef5* | omnino] omne *So2Ζ1* 35–36 retunditur] recunditur *(sic) So2Ζ1* rectum dicitur *R1* occumbit *(*obc-*)* **Π** *v1v2p dub. V13 def. V2* 37 libro *codd. (-Ζ4 O11) p*] libri *O11 comp. inc. (*li.*) Ζ4 v1v2; an* tractatu *intelligendum? Cf. App. II, § 1.6.4 n. 2* | dictum] determinatum *v2p* 38 Et *om.* **Φ** | est advertere *V13R1Ve6*] advertere est *So2Ζ1* **Φ** *Ζ4*[2] advertere *Ζ4*[1] adverte *O11* **Π** *v1v2p* 40 contradictionis *om. v2p* | enim *om.* **Ψ** *(-Ve6) Ζ4* 41 sunt[1] *ante* prima **Π** *v1v2p ex corr. Po1* | vera] natura *O11* | sunt[2]] sicut *O11* 43 extrinsecus inveniuntur *inv.* **Π** *v1v2p om. O11* 44 est **Π** *v1v2p*] *post* intellectualis **Φ** *om.* **Ψ** *Ζ4 O11* | ultima *post* resultatio *So2Ζ1 om.* **Π** *v1v2p* 44–46 intellectualis – non] intellectuum *Ζ4* 49 et *om. Ζ4 Po1 Ml1* 51 formidine *ex* fortitudine *corr. Ζ4* fortitudine *Po1* for^{e} *O11* 52 opinione] opinatione **Π** *(-V16) v1* | et[1] *om.* **Φ** | et[1] dubitatione *iter. O11* 53 aliis] libris *add. v2p* | et *om. O11* **Π** *v2p* | de – dicendi] aliquid dicendi de eis **Φ** *O11* 54 prima *ante* philosophia **Ψ** *M1 om. Ml1*

2 primis – veris: Cf. Arist., Top. l. 1 c. 1 (100 a 30, b 18–19); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 5 v. 14–17; Alb., Top. l. 1 tr. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 2 p. 239b – 240a). – 4–5 sicut – prima: Cf. Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 5 (ed. Van Riet p. 132 v. 25 – p. 133 v. 28); Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 406 v. 18–19 cum nota. – 6–16 Cf. Ptolem., Almag. dict. 1 c. 1 (ed. Venetiis 1515 f. 2r); Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 424 v. 19–47; Alb., Metaph. l. 1 tr. 1 c. 1. Ed. Colon. t. 16 p. 1 v. 18–56; Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 7. Ed. Colon. t. 17,2 p. 68 v. 68 – p. 69 v. 23. – 17–30 Cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 459 v. 60 – p. 460 v. 8 cum nota 2–4. – 17–18 habitus – intellectus: Cf. Arist., Anal. Post. l. 2 c. 19 (100 b 5–12); transl. Iacobi: Arist. Lat. IV,1–4 p. 106 v. 17 – p. 107 v. 2; Arist., Eth. Nic. l. 6 c. 6 (1141 a 7–8); transl. Gross.: Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 259 v. 7. Cf. etiam Alb., Anal. Post. l. 2 tr. 5 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 231b – p. 232a); Alb., Ethica l. 6 tr. 2 c. 18 (Ed. Paris. t. 7 p. 432a–b); Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 394 v. 1–2, p. 460 v. 1–2. – 18–19 habitus – scientia: Cf. Arist., Anal. Post. l. 2 c. 19 (100 b 5–10); Arist., Eth. Nic. l. 6 c. 3 (1139 b 31–35); Alb., Anal. Post. l. 2 tr. 5 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 231b); Alb., Ethica l. 6 tr. 2 c. 3 (Ed. Paris. t. 7 p. 412a); Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 394 v. 2–3, p. 460 v. 4 cum nota; Alb., De V univ. tr. de univ. in comm. c. 6. Ed. Colon. t. 1,1A p. 33 v. 67–68 cum nota; Alb., De IV coaeq. tr. 4 q. 38 a. 1 (Ed. Paris. t. 34 p. 550b). – 19–20 decursus – ratiocinatio: Cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 459 v. 3–5 cum nota, v. 58 – p. 460 v. 1. – 36–37 Fort. l. 1 tr. 1 c. 5; vide supra p. 9 v. 30–33. – 53 aliis: Cf. Alb., De anima l. 3 tr. 1 c. 7. Ed. Colon. t. 7,1 p. 174 v. 9–17. Cf. etiam Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 394 v. 12–15, 41–51 cum notis; Alb., Top. l. 1 tr. 3 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 270b) – 54 Alb., Metaph. l. 3 tr. 1 c. 1. Ed. Colon. t. 16 p. 107 v. 20–36.

Cap. 3. De diversitate intellectuum tam secundum se quam secundum intelligibilia quam etiam secundum facultatem intelligentium accepta

| Est autem intellectus diversitas quam MULTI PHILOSOPHORUM posuerunt quantum ad ipsas partes animae quod est intellectus possibilis et quod est intellectus agens, de quibus in LIBRO DE ANIMA dictum est. Tertius autem est qui est formalis intellectus, quando videlicet forma sciti vel operandi per lucem intellectus est apud animam. Et hic dividitur in practicum et speculativum, de quibus etiam in TERTIO DE ANIMA est expeditum. Hic autem formalis DIVIDITUR in intellectum simplicem et compositum. Et simplex quidem intelligentia incomplexorum est, compositus autem est intelligentia complexorum, aut per modum enuntiationis aut etiam per modum syllogismi vel alterius speciei argumentationis. Et ille quidem qui compositus vocatur dividitur in intellectum qui VOCATUR principiorum, qui secundum aliquid innatus est nobis, eo quod principia non ab alio accipimus, sed per scientiam terminorum mox innascuntur nobis, et intellectum ex aliis acquisitum, qui apud PHILOSOPHOS vocatur adeptus, eo quod est acquisitus per inventionem vel doctrinam et studium. Et ratio divisionum istarum ex ipsis patet nominibus.

Secundum facultatem autem naturae intellectualis quae est in hominibus causatur quaedam intellectus divisio de qua quidam philosophi faciunt mentionem, et praecipue ARISTOTELES et AVICENNA, et QUIDAM ALII SEQUENTES EOS. Est enim quidam intellectus plus continuo et tempori, hoc est imaginationi et sensui, immixtus, quidam autem plus separatus, quidam vero medio modo, quidam vero et vires imaginandi et aliquid accipiendi per sensus non habens vel non satis ad intellectum habens.

Et primus quidem est obscurus, nihil accipiens nisi cum labore, et si docetur aliquid, oportet quod fiat per exempla sensibilia. Et tales sunt aut impossibiles aut difficiles ad intellectum per se manifestorum et divinorum quae in prima philosophia traduntur, et vocantur illi mali ingenii existentes a vulgo. Secundi autem quasi per se aut ex parva doctrina nati sunt intelligere omnia, quia agentem habent non modo tamquam potentiam

Ψ = V13R1Ve6So2Z1 Z4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 5 *p* p. 501

1–4 Cap. – accepta *om. O4* 4 intelligentium] intelligibilium *S1 O11* | accepta *om. Ψ M1* 5 multi *om. Z4* 7 quod[2] est *om. Π v1v2p* 8 libro *om. Ψ (-So2) Φ* 9 qui] quod *So2Z1* | videlicet] scilicet *Ψ Z4 M1 v2p* valet *O11* 10 sciti] luci *Z4* | sciti … operandi] sic *(*scit *Po1[1])* operanda *(*opera *Po1[1])*… scienda *Po1[1]S1* | per – intellectus *post* animam *O11* 11 in practicum … speculativum] inpo[c]ci cum … speculatum *O11* 12 etiam *om. Ψ* 13 autem] enim *v2p* | in *om. R1 O11* 14 Et *om. Φ* | quidem] quedam *Φ* 14–15 incomplexorum] complexorum *So2Z1* 15 est[1] *Ψ*] *post* simplex *(*simpliciter *S1) Φ ante* incomplexorum *O4 om. cett. codd., edd.* 15–16 compositus – complexorum *om. Z4 S1 M1* 15 est[2] *Ψ (-Ve6) O11*] *post* complexorum *Ve6 om. Po1 Π v1v2p (def. Z4 S1 M1)* 20 eo quod] quod *V13[ac] O11* quia *Z4* | non *om. So2Z1* | alio] aliquo *R1 Φ O11 V16* principio *add. v2p* 21 terminorum] mue'rum *V2M1V16Pr1Ef5* nue'rum *N1* nu'orum *Ml1* materierum *O4* qui *add. v2p* | innascuntur *Z4 Π v1v2p*] innascitur *cett. codd.* 22 et] in *add. Φ Π* 23 vocatur] non *O11* 24 vel] et *Φ O11* 25 ipsis] istis *O4 v2p* | patet *ante* ex *Φ* 26 Secundum] si dictum *O11* | facultatem autem *inv. Π v1v2p* 27 causatur *om. O11* 29 praecipue] preterea *Z4* 30 eos *om. Z4* | plus] cum *Ve6 Φ* 31 tempori] tpr̄ *Ve6 M1* temporis *So2Z1* tempore *Φ* | imaginationi] ymaginandum *V2N1V16Ml1Pr1* ymaginatione *O4* | immixtus] commixtus *Φ* 32 vero] autem *R1So2Z1 Φ* 33 vires *om. So2Z1* 34–35 vel – habens *om. (hom.) Π v2p* 36 nihil] nisi *So2Z1* vel *(*non *add. O4) Π* 38 sunt] quidem *add. Φ* 38–39 aut[2] difficiles *om. v2p* 40 prima philosophia *inv. Φ* 43 quia] que *So2Z1 N1* | habent non modo] m. n. h. *Π* n. m. h. *v1* n. h. *v2p* | tamquam *ex corr. Po1* quasi *O11 om. S1*

5–6 Secundum Alberti interpretationem in primis Aristoteles; vide infra v. 8 cum nota. – 8 Arist., De anima l. 3 c. 5 (430 a 10–15); cf. Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 18. Ed. Colon. t. 7,1 p. 203 v. 81 – p. 204 v. 63; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 396 v. 27–31 cum nota; Anzulewicz, Entwicklung und Stellung, 207–209. – 9–11 formalis – animam: Cf. Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 7. Ed. Colon. t. 7,1 p. 186 v. 49–51; Alb., Super Dion. De div. nom c. 4. Ed. Colon. t. 37,1 p. 134 v. 74–76; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 396 v. 10–14, p. 399 v. 16–22 cum notis; Ps. Avic., De causis primis et secundis c. 10 (ed. de Vaux p. 128 v. 25); Phil. Canc., Summa de bono q. 6 (ed. Wicki p. 270 v. 200–205); Io. Blund, Tract. de anima c. 25. 2 n. 339 (ed. Callus / Hunt p. 93 v. 6–14); Anon., De potentiis animae et obiectis (ed. Callus p. 157 v. 25 – p. 158 v. 1); Hasse, Das Lehrstück, 45–46, 55–56; Anzulewicz, Entwicklung und Stellung, 210–211. – 12 Arist., De anima l. 3 c. 9–10 (432 b 26 – 433 a 15); cf. Alb., De anima l. 3 tr. 4 c. 3–4. Ed. Colon. t. 7,1 p. 230 v. 76 – p. 233 v. 79. Cf. etiam Averr., De anima passim (CCAA VI,1 p. 583 sub voce); Hasse, Das Lehrstück, 23; Anzulewicz, Entwicklung und Stellung, 210–212. – 13–16 dividitur – complexorum: Cf. Arist., De anima l. 3 c. 6 (430 a 26 – b 6); Alb., De anima l. 3 tr. 3 c. 1. Ed. Colon. t. 7,1 p. 207 v. 5 – p. 208 v. 60; Anzulewicz, Entwicklung und Stellung, 212–213. – 18–24 dividitur – studium: In hoc loco Albertus distinctionem Avicennae inter intellectum in habitu, intellectum in effectu et intellectum adeptum interpretari videtur. Cf. Avic., Liber VI Nat. pars 1 c. 5 (ed. Van Riet p. 96 v. 44 – p. 99 v. 74 cum apparatu); Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 399 v. 23–32; Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 15. Ed. Colon. t. 7,1 p. 199 v. 22–42. De Avicennae et Alberti sententiis cf. Hasse, Das Lehrstück, 62–70, qui etiam ad positionem aliquorum magistrorum parisiensium refert, ex. gr. anonymi auctoris tractatus De anima et de potentiis eius; cf. Anon., De anima et de potenciis eius (ed. Gauthier p. 53 v. 469–479). – 18–19 intellectum – principiorum: Cf. Arist., Anal. Post. l. 2 c. 19 (100 b 5–12); Arist., Eth. Nic. l. 6 c. 6 (1141 a 7–8); vide supra p. 26 v. 17–22 cum notis. – 20–22 principia – nobis: Cf. Arist., Anal. Post. l. 1 c. 3 (72 b 18–25); Alb., Anal. Post. l. 1 tr. 2 c. 6 (Ed. Paris. t. 2 p. 34a–b); Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 399 v. 23–30 cum nota 26. – 22–24 qui – studium: De hac definitione intellectus adepti cf. Alb., Summa II tr. 4 q. 14 m. 3 a. 1 (Ed. Paris. t. 32 p. 173a): '(…) sed adeptus intellectus, per studium acquiritur, ut dicit Alexander in libro de Intellectu et intelligibili'; Alb., De anima l. 3 tr. 3 c. 11. Ed. Colon. t. 7,1 p. 221 v. 81 – p. 222 v. 14; Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 2 c. 22. Ed. Colon. t. 17,2 p. 114 v. 25–53. – 26 – p. 28 v. 21 De ista distinctione cf. etiam Alb., Super Ethica l. 1 lect. 3, l. 2 lect. 1. Ed. Colon. t. 14 p. 19 v. 47–62, p. 91 v. 40–49; Alb., De anima l. 3 tr. 3 c. 11. Ed. Colon. t. 7,1 p. 223 v. 19–38; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 460 v. 11–44. – 29 Fort. Arist., Eth. Nic. l. 1 c. 2 (1094 b 4–14); cf. Alb., Super Ethica l. 1 lect. 3. Ed. Colon. t. 14 p. 18 v. 26–58. | Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 6 (ed. Van Riet p. 151 v. 75 – p. 153 v. 18). – 29–30 quidam – eos: Cf. Algazel, Metaph. pars 2 tr. 5 (ed. Muckle p. 194 v. 31 – p. 196 v. 2). – 30–31 quidam – tempori: Cf. Arist., De memoria et rem. c. 1 (450 a 7–9). – 43 – p. 28 v. 3 agentem – operatur: Cf. Averr., De anima l. 3 comm. 36 (CCAA VI,1 p. 499 v. 567 – p. 502 v. 664); Alb., De anima l. 3 tr. 3 c. 11. Ed. Colon. t. 7,1 p. 222 v. 15–28.

animae vel quasi efficientem per abstractionem intelligibilia in anima, sed habent eum quasi pro forma per quam anima intellectualis cuncta operatur, quod in LIBRO DE ANIMA felicitatem esse diximus ad quam intendit pervenire omnis philosophus. Et hic vocatur intellectus sanctus sive mundus ab AVICENNA, ab ARISTOTELE autem dicitur intellectus divinus. Et hic intellectus de levi studio ad prophetias accipit illuminationem et ad somniorum verissimam interpretationem. Medius autem est qui iuvatur doctrina faciliter ad intelligendum tam physica quam divina. Sed tertius iuvari non potest aliqua ratione, quia neque separatus est neque habet instrumenta quibus iuvetur per operationes animae sensibilis. Et hoc aliquando est ex vitio complexionis, sicut in morionibus, aliquando autem ex longa consuetudine non attollendi ultra sensibilium acceptionem, sicut est in his qui vocantur idiotae. Ex his patet quare qui longo tempore studuerunt circa particularia, sicut circa actus humanos, sicut student hi qui legibus intendunt et | in his ipsis causas et rationes non quaerunt, inhabiles efficiuntur ad philosophiam.

In tantum igitur dictum sit de natura intellectus et de natura intelligibilis et de comparatione unius ad alterum et distinctione utriusque.

Ψ = V13R1Ve6So2Ƶ1 Ƶ4 Φ = Po1S1 O11 Π = V2N1M1V16Ml1Pr1O4Ef5 v1v2p 19 *p* p. 502

1–2 intelligibilia] intll'ia *O11 Pr1* 2 pro] per *O11* 3 quod] quia *v2p* 4 esse *om. Φ O11* 5 pervenire *om. Ƶ4* | omnis philosophus *inv. Φ* 7 dicitur *om. Φ* 7–8 levi – ad] studio levi ad *v2* studio ad levi *p* 9 verissimam *om. O11* | interpretationem] interpositionem *Ƶ4* 10 qui] iura *add. V13So2Ƶ1* | faciliter] facilis *Ƶ4* | ad *om. So2Ƶ1* 10–11 physica] prophetica *(-tia V2) Π (-Ml1) v1v2p* 12 quia *om. Ψ* 13 operationes] operationem *v2p* 14 morionibus] motionibus *Π v2 ex corr. Po1* 15 autem] est *add. Ƶ4 Φ O11* | ex longa *om. v2p* 17 quare] qualiter *v2p* 18 studuerunt] student *Φ* 19 ipsis] ipsas *Φ* 20 causas] causis *Π (-M1Ef5) v1* 22 igitur] ergo *M1 v2p* 24 et] de *add. So2 Ƶ4 Φ O11 M1* | utriusque] explicit *(*deo gratias *add. V13) add. V13So2 Ƶ4* explicit liber *(*liber *om. S1)* de intellectu et intelligibili *(*deo gratias *add. R1* fratris alberti *add. S1) add. R1Ƶ1 S1 O11* explicit deo gratias explicit liber de intellectu et intelligibili *add. Ve6* explicit primus liber *(*l. p. *Pr1O4)* de intellectu et intelligibili *add. V16Pr1O4Ef5* finit primus liber de intellectu et intelligibili *add. v1* et sic est finis primi libri *add. v2p*

3–4 Alb., De anima l. 3 tr. 3 c. 11. Ed. Colon. t. 7,1 p. 221 v. 47 – p. 222 v. 94. – 6 Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 6 (ed. Van Riet p. 151 v. 84 – p. 153 v. 18). Cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 460 v. 25–30 cum nota 27–28; Anzulewicz, Entwicklung und Stellung, 214. | Arist., Eth. Nic. l. 10 c. 7 (1177 b 26–31); cf. Alb., Super Ethica l. 10 lect. 13. Ed. Colon. t. 14 p. 762 v. 54 – p. 763 v. 5; Alb., Ethica l. 10 tr. 2 c. 3 (Ed. Paris. t. 7 p. 627b); Anzulewicz, Entwicklung und Stellung, 213–214. – 14 morionibus: Cf. Alb., Soph. El. l. 1 tr. 3 c. 9 (Ed. Paris. t. 2 p. 573a); Alb., De animal. l. 21 tr. 1 c. 2 (ed. Stadler p. 1328 v. 26–32); Alb., Ethica l. 3 tr. 1 c. 9 (Ed. Paris. t. 7 p. 206a–b); Alb., Super Dion. De div. nom. c. 4. Ed. Colon. t. 37,1 p. 278 v. 5–7; Köhler, Homo animal nobilissimum, Teilband I, 411–419.

INCIPIT LIBER SECUNDUS DE INTELLECTU ET INTELLIGIBILI QUI EST DE PERFECTIONE NATURALI INTELLECTUS

Cap. 1. Unde habet forma quod sit in anima intellectuali

| Post haec autem de perfectione animae intellectualis videtur esse agendum; ex perfectione namque natura cognoscitur intellectus. Non est autem nostra intentio hic agere de felicitate quae est ultima perfectio intellectus animae, sed potius de gradibus perfectionis intellectus et ostendere qualiter seipsum intellectus invenit et intelligentiam primam, si recta via procedat in accipiendo perfectiones ipsius. Oportet autem nos inchoare a formis perficientibus intellectum et per illas ostendere qualis sit intellectus perfectio.

Dicimus igitur, supponentes ex his quae in ULTIMA PARTE PRIMAE PHILOSOPHIAE demonstrantur, omnes formas ab intelligentia prima universaliter materiam ambiente dari materiae et ex hoc omnem formam quae in materia est esse mediam inter duo, intelligentiam videlicet, ex qua fluit sicut formae artificiatorum ex intellectu artificis, et materiam, in qua est per esse quod dat materiae. ⟨In⟩ intelligentia autem, quae indivisibilis est et simplex substantia et aeterna, cum ipsa sit causa prima, est indivisibilis forma et simplex et non una forma post aliam, | nec est determinata ad esse hoc vel illud in individuo, nec eam, prout est in intellectu primae causae, comitatur oppositio et diversitas et temporalitas et compositio et materialitas et huiusmodi. In materia autem est secundum esse divisibile, successivum, materiale, et comitatur eam oppositio et diversitas et compositio et divisio per naturam materiae et huiusmodi multa, sicut nos in LIBRO DE NATURA ANIMAE ostendemus.

Quaeramus igitur, cum forma habeat fieri in anima intellectuali, utrum hoc habeat ab eo quod fluit ab intelligentia aut ab eo quod esse habet in materia. Constat autem, cum nihil materialium comitetur formam secundum quod est in anima, sed potius habeat multas illarum proprietatum et condicionum quae comitantur eam in intellectu intelligentiae, quod ex hoc quod est notio quaedam intelligentiae habet fieri in anima.

Et hoc maxime patet triplici ratione, quarum una quidem IAM inducta est, quoniam nos scimus formas in intellectu animae sequi condiciones et proprietates intelligentiae et non materiae.

Secunda autem ratio, quae fortior est, est quia nos scimus ex his quae in LIBRO DE ANIMA determinata sunt quia forma non fit in anima nisi per hoc quod separatur

St1 *Λ = Ζ4S1* *Π = V2N1M1V16Ml1Ζ1Pr1M5O4Ef5* *v1v2p* 7 *p* p. 503 27 *p* p. 504

1–6 Incipit – intellectuali *om. O4*[1] liber 2' *in marg. scr. O4*[2] 5 forma] formam *St1* 8 natura] nature *St1* 9 hic *om. v2p* 10 intellectus *Π v1v2p*] et *add. cett. codd.; cf. App. II, § 2.4.2 n. 1* 12 seipsum intellectus *inv. St1* 14 perfectiones ipsius *Incipit pecia 4ª* 14–15 formis] primis *St1* 16 sit intellectus perfectio] s. p. i. *O4Ef5* p. i. s. *v2p* 17 Dicimus] dicamus *St1 (an recte?); cf. App. II, § 2.4.3.1 n. 1* | igitur] ergo *M1 v2p* 19–20 ambiente] ambigente *(*abig- *S1) Λ* 20 hoc – formam] hac omnium primum *St1* 22 ex[1]] a *v2p* 23 materiam] materia *Π (-Ef5)* 24 In *suppl. editor cum S1 dub. in marg. Ef5*[2]] de *s. v. Ef5*[2] *om. cett. codd., edd.; cf. App. II, § 2.3.2 n. 1* 25 aeterna] essentia *v2p* 28 eam] causa *St1* etiam *v2p* 29 comitatur *V16Pr1 v2p*] causantur *St1* comunicatur *Λ* committatur *(*conm-*) V2N1M1Ml1 v1* commitatur *(*conm-*) Ζ1Ef5* concomitatur *M5O4* 32 comitatur *V16 v2p*] causantur *St1* comunicantur *(*-atur *S1) Λ* committatur *(*conm-*) V2N1M1Ml1 v1* commitatur *(*conm-*) Ζ1Pr1Ef5* concomitatur *M5 dub. (*coītatur / coīcatur*) O4* | oppositio] compositio *Π (-O4) v2p* 33 naturam *Λ*] numerum *St1* numerum *(*materiam *Ml1)* vel *(*et *M5)* per *praem. Π v1v2p; cf. App. II, § 2.3.6 n. 1* 34 nos *post* animae *v2p* | ostendemus] ostendimus *Π v1v2p* 37 esse habet *inv. Λ Ml1 v2p* | in] a *v2p* 38 comitetur *Ζ4 V16 v1v2p*] causetur *St1* communicetur *S1 M1M5* commitetur *(*conm-*) N1Ef5 dub. (*coītetur / coīcetur*) V2Ml1Ζ1Pr1O4* 40 condicionum] condicionem *Π (-O4Ef5) v1* | comitantur *Ζ4 V2Ζ1Ef5 v2p*] causantur *St1* communicatur *S1* committantur *(*conm-*) N1M1Ml1 v1* concomitantur *V16M5 dub. (*coītantur / coīcantur*) Pr1O4* 41 eam] causa *St1* 42 notio] motio *St1*[ac] notitia *v2p* | anima] animam *St1* 43 triplici ratione] triplicatione *St1* 43–44 una quidem *inv. v2p* 44 quoniam] quam *St1* qūo *S1 M1* 45 condiciones … proprietates *inv. v2p* 47 fortior] formalior *v2p* | est[2] *post* ratio *St1 M5 om. S1 v1v2p* 49 quia] quod *aliqui codices, ex. gr. Po1 (an recte?); cf. App. II, § 2.3.1 n. 1*

9–11 Non – animae: Re vera de ultima perfectione intellectus animae in c. 12 nonnulla breviter commemorabit Albertus; vide infra p. 46 v. 15 – p. 47 v. 13. – 10–11 intellectus animae: Cf. Arist., De anima l. 3 c. 4 (429 a 22–23); transl. vetus: Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 178 v. 92. – 17–18 Fort. Liber de causis § 18 (19) – 20 (21) (ed. Pattin p. 174 v. 63 – p. 181 v. 67); cf. Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 4 c. 1–15. Ed. Colon. t. 17,2 p. 155 v. 47 – p. 168 v. 50. – 18–31 omnes – materiale: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 123 v. 284–291). – 24–25 quae – aeterna: Cf. Liber de causis § 6 (7) (ed. Pattin p. 149 v. 65 – p. 150 v. 80); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 2 c. 8. Ed. Colon. t. 17,2 p. 100 v. 66 – p. 101 v. 2. – 32–33 comitatur – multa: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 119 v. 133–137). – 34 Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 2. Ed. Colon. t. 12 p. 4 v. 51 – p. 6 v. 4. – 44 Supra v. 24–42. – 48 Arist., De anima l. 2 c. 12, l. 3 c. 8 (424 a 17–24, 431 b 28 – 432 a 1); cf. Alb., De anima l. 2 tr. 4 c. 1, l. 3 tr. 3 c. 12. Ed. Colon. t. 7,1 p. 149 v. 6–24, p. 224 v. 17–29; ibid., l. 2 tr. 3 c. 4. Ed. Colon. t. 7,1 p. 101 v. 50 – p. 102 v. 65. – 49 – p. 30 v. 4 forma – huiusmodi: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 119 v. 128–139).

et liberatur a materia et materiae condicionibus. Materiae autem condiciones sunt ea quae sequuntur formam prout est in esse materiali, et haec sunt differentia loci et temporis et oppositio et compositio et huiusmodi; liberare autem formam ab huiusmodi est accipere eam prout est in lumine intelligentiae. Patet igitur quod ab origine unde fluit forma habet quod sit in intellectu animae.

Tertia ratio, quae efficacissima est, haec est, quod ex quo forma in potentia est in anima et non in effectu, non efficitur in anima nisi actu agentis alicuius. Cum igitur hoc agens non sit aliquid eorum quae sunt in materia, sed potius lumen intelligentiae, non efficitur anima recipiens formam nisi per lumen intelligentiae. Quod autem forma sit in simplici intelligentiae lumine non habet a materia, quia antequam esset in materia fuit in lumine intelligentiae; igitur quod forma efficiatur in anima non habet a materia, sed ab intelligentia. Et hoc quidem est necessarium, quoniam sicut color non habet a colorato corpore quod efficitur in visu, sed ab actu lucidi quod secundum effectum lucidum est, ita forma non habet a materia quod efficiatur in anima, sed ab actu intelligentiae agentis quae secundum effectum intelligentia agens est.

Et in hoc deprehenditur error DICENTIUM formam esse in anima secundum esse individuum, quoniam esse individuum habet a materia et non a lumine intelligentiae in quo est forma secundum suae originis naturalitatem. Et sicut ad esse in materia indiget generantibus et alterantibus quae tangunt et transmutant materiam, ita ad esse in anima non indiget nisi lumine intelligentiae agentis, quod fluit in animam et esse intellectuale formarum generat in anima. Hoc autem primi philosophi est demonstrare.

Cap. 2. Qualiter formae fluunt ab intelligentia secundum quod ipsa est forma mundi et quod ex hoc habetur quod fiunt in anima

| Si autem quaeritur qualiter intelligentia prima agens attingit animam et qualiter attingit materiam in qua sunt formae, adhuc autem qualiter exeunt formae ab ipsa in animam, ad hoc, licet primi philosophi sit determinare, tamen propter doctrinae facilitatem hic breviter transeundo dicimus quod quaelibet intelligentia agens ambit lumine suo omne illud et totum cui sicut materiae et sicut ei quod movetur ab ipsa superponitur.

Et huius quidem exemplum est in semine hominis. Id enim quod operatur in semine hominis non potest esse natura, cum non unum unius formae et figurae operetur sed valde diversa tam in similibus membris quam in dissimilibus et officialibus; operans enim in semine est anima – non ut endelechia corporis, sed ut artifex – quae est virtus formativa, quae est in spiritu qui intra viscositatem seminis continetur. Et hic ambit totam materiam corporis intra virtutem et lumen suum, et formae quas influit non sunt in eo ut habitus quidam accidentalis, immo sunt in eo hoc quod est ipse, qui licet unus in substantia sit, tamen multiplex est in virtute et sine medio aliquo a loco uno cordis fluit in omnia et imprimit formas et informat omnia instrumentaliter agentia sub ipso, quae sunt calidum et frigidum, humidum et siccum.

Sic oportet imaginari quod virtus intelligentiae superponitur his quae movet et ambit ea et influit eis formas quae sunt hoc quod ipsa et non acquisitae in ea, et continet omnia in lumine suo quando sine medio coniungitur omnibus his ⟨in⟩ quae agit. Et hoc lumen iungitur animae et iungitur formis in materia existentibus,

St1 Λ = Ζ4*S1* Π = *V2N1M1V16Ml1Ζ1Pr1M5O4Ef5* *v1v2p* 38 *p* p. 505

1 et[1] – et] a materia et liberatur a *v2p* 2 formam *om. v2p* 4–5 liberare] liberari *v2p* 5 huiusmodi Λ] huiusmodi talibus *St1* huiusmodi casibus Π *v2p* huiusmodi condicionibus *v1; cf. App. II, § 2.3.6 n. 2* 6 igitur] ergo *M1 v2p* | quod *om. v2p* 7 forma] formam *St1* et hoc *(*haec *p) add. v2p* 9 haec *comp. inc. St1* 10–11 effectu – efficitur] effectum ut efficiatur *St1* 11 agentis alicuius *inv. v2p* 12 igitur] ergo *M1 v2p* | aliquid] aliquod *Pr1 v2p* | eorum] rerum *St1* | sunt] sicut *St1* 13 non] ideo *St1* 16 antequam] nusquam *St1* | esset] fuisset *v2p* 17 intelligentiae *om. v2p* | efficiatur] efficacit' *St1* 19 quoniam] qūo *St1 S1 M1* 20 efficitur] efficiatur *St1 O4* 21 lucidum est *inv. v2p* 23 quae] qui *v2p* 25 dicentium] demonstrantium *St1* 26 quoniam] qūo *St1 S1 def.* Ζ4 | esse[3]] illa *v2p* 27–28 intelligentiae] intelligentia Π *(-O4Ef5)* 28 suae originis] originis sue *(*sive *S1)* Λ 30 et[2]] cum *v2p* | transmutant] transmittunt in *St1* 32 agentis] affirmans *St1* 33 generat] genera *St1* | anima] animam *St1* | Hoc] hec *v2p* 34 demonstrare] determinare *v2p* 35–37 Cap. – anima *om. O4* 35 Qualiter] quare *v2p* 36 est *post* mundi Π *(def. O4) v1v2p* in Ζ4 | quod[2] *om. v2p* 37 habetur] habuerit *St1* 38 quaeritur] queratur *v2p* 40 exeunt] ex anima *St1*^{ac} 41 ad hoc] ad hec *St1* ad h^{c} *Ml1Ef5* adhuc *S1 p* 41–42 sit – tamen] sic determinaverint omnium *St1* 43 transeundo] transcurrendo *St1* 45 superponitur] supponitur *M1Pr1M5O4Ef5 v2p* supponetur *Ml1* 46 huius] hi' *N1M1M5 v1* 48 formae … figurae *inv. St1* 51 est] cum *St1* | endelechia] est *praem. v2p* 52 quae[1]] qui *v2p* | quae[2]] qui *v2p* 53 qui] que Λ *dub. N1* | intra] inter *v1v2p* | hic *om. v2p* 54 lumen] habitum *St1* 55 formae] semine *St1* | sunt] sicut *St1* 56 hoc] hec *M1V16 comp. inc. V2N1M5* 57 substantia] ibria *(sic) St1* | sit *post* unus *St1 v2p* 58 omnia] anima *St1* 59 informat] in informant *St1* 60–61 frigidum – siccum] humidum et frigidum et siccum *St1 S1* humidum et siccum et frigidum *v2p* 62–63 superponitur *St1* Ζ4 *N1*] semper ponitur *S1* supponitur Π *(-N1) v1v2p* 64 ipsa] est *add. v2p* 65 quando] quod *St1* que *Pr1* ante *v1* quoniam *v2p* 66 in *suppl. editor cum S1 v2p*] *om. cett. codd. v1; cf. App. II, § 2.3.2 n. 2* 67 materia] anima *v2p*

25–26 dicentium – individuum: Cf. Avic., Philos. prima tr. 5 c. 1 (ed. Van Riet p. 238 v. 42–49). Cf. etiam Alb., Metaph. l. 5 tr. 6 c. 7. Ed. Colon. t. 16 p. 288 v. 3–9; Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 11. Ed. Colon. t. 7,1 p. 191 v. 64–74; Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 7. Ed. Colon. t. 12 p. 16 v. 59–69. – 33–34 primi – demonstrare: Fort. in Libro de causis; cf. Liber de causis § 17 (18) (ed. Pattin p. 173 v. 38 – p. 174 v. 53); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 3 c. 14. Ed. Colon. t. 17,2 p. 151 v. 20–43. – 50–53 operans – continetur: Cf. Alb., De nutr. et nutr. tr. 2 c. 2. Ed. Colon. t. 7,2A p. 16 v. 44 – p. 17 v. 6 cum nota. – 63–64 influit – ea: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 122 v. 278 – p. 123 v. 285).

et sub actu huius luminis formae movent animam sicut sub actu lucis exterioris colores movent visum. Ab intelligentia autem prima descendunt huiusmodi formae, et quo magis distant ab ipsa, eo magis efficiuntur materiales et ignobiles, ita quod ultima in descensu est forma elementalis et infima elementi quod est terra, quod esse dicitur faex elementorum. Et est descensus per modum compositionis formae cum rebus in quibus sunt formae, et est quasi moveantur formae ab intelligentia ad materias in quibus sunt, non in toto amittentes lumen intelligentiae quamdiu formae manent. Et hoc per contrarium est in anima, quoniam cum anima sit forma quaedam iuncta materiae, non potest ipsa accipere formas nisi incipiendo a materia quae proxima est ei. Non igitur accipit nisi per resolutionem a materia, et continue procedit resolvendo donec veniat in causam primam, et ibi est ultimum perfectionis ipsius et finis intellectus. Et huius iterum simile est in motu luminis a sole in colorata et reditu colorum in perspicuum et in visum speculi animati, quod est oculus.

Quaeret autem fortasse aliquis unde habeat intelligentia formas quas ut fons omni tempore exuberat in totum universitatis ordinem. Sed ad hoc, | sicut IAM ANTE diximus, non est difficile respondere; quaerere enim unde de intelligentia alicuius ordinis habeat formas quas exuberat idem est quaerere unde habeat intelligentia quod est intelligentia, quia, sicut IAM diximus, sicut soli ex lumine sibi substantiali fontaliter convenit luces emittere in mundum, ita et multo magis intelligentiae agenti et maxime causae primae ex lumine suae substantiae convenit luces emittere quae sunt formae omnium eorum quae formantur. Et sicut animae in suum universum membrorum corporis convenit vitas emittere, quae tamen vitae secundum opera vitae specialia determinantur in membris, licet in anima sint omnes illae vitae una vita indivisibilis in substantia, multiplex secundum virtutem, ita intelligentiae primae convenit luces emittere in totum universum.

Et ideo SUBTILIORES PERIPATETICORUM distinxerunt inter formas mundi et formas materiae, formas mundi vocantes universaliter relatas ad universum, formas autem materiae dicentes eas quae sunt dantes esse materiae. Formae igitur [mundi] sunt ab intelligentia ex hoc quod ipsa est intelligentia, et quando fiunt in anima, fiunt magis in anima ex parte illa qua fluunt a forma mundi quam ex parte illa qua per esse sunt in materia.

Cap. 3. Qualiter intellectus agens in anima est sicut lux et sicut ars, et ideo est perfectus et agens perfectiones

His quasi per modum praelibationis excursis, oportet nos determinare qualiter intellectus agens sicut lux sit et sicut ars ad materiam comparata; his enim duobus bene explanatis melius scietur modus perfectionis animae humanae.

Dicamus igitur quod cum dicitur quod intellectus agens est sicut lux, tria in ipsa attenduntur similitudine, quorum unum et primum est quod sit primum agens esse intellectuale, secundum est quod est universaliter agens esse intellectuale, tertium autem est quod est incessanter agens esse intellectuale. Et unumquodque istorum quaedam alia consequuntur, quod qualiter sit verum sic probatur.

In omni enim universo in quo sunt quaedam sicut acta tantum, quaedam autem sicut acta et agentia, necesse est esse unum primum quod est agens tantum.

St1 Λ = *Z4S1* Π = *V2N1M1V16Ml1Z1Pr1M5O4Ef5* *v1v2p* 23 *p* p. 506

4 distant *om. v2p* 6 infima] infima est *St1 (an recte?); cf. App. II, § 2.4.3.1 n. 2* 8 sunt formae *inv.* Λ *Pr1* 10 amittentes] administrantes *St1* 11 manent] sunt *v2p* | est *post* hoc Π *v1v2p* 12 quoniam] qūo *St1 S1 M1* | cum anima *inv. v2p* 13 ipsa *om. v2p* | accipere] adquirere *St1* 14 accipit] virtutem *add. St1* 15 procedit *om. St1* 17 finis] suus *St1* | huius] hi' *St1 N1Pr1M5 om. Ef5* 18 iterum] verum *St1 S1* | colorata] colorato *St1* | et] in *add.* Λ 19 speculi] speculum Π *(-M5) v2p* 21 Quaeret] quereret *M1 v2p* | fortasse] fortassis *St1* 23 totum universitatis] eorum universalitatis *St1* | ante *om. Ml1Ef5 v2p* 26 habeat] habet *St1* 28 fontaliter] formaliter *St1* 31 eorum] rerum *St1* 33 corporis *om. v2p* | vitas] luces Λ 34 specialia] spiritualia *(*-talia *ante* vitae *St1) St1 V2V16Z1 dub. Z4 om. M5* 35 membris] membrum *v2p* 36 indivisibilis] indissolubilis *St1* 38 totum] circum *St1* 41 vocantes] vocationes *St1* 43 mundi *del. editor cum Po3Ve6P2Ml2*] *hab. St1* Λ Π *v1v2p* materie *Wr2; cf. App. II, § 2.3.3 n. 1* 44 quando] forme *add. St1 S1* 47–49 Cap. – perfectiones *om. V2O4* 48 est[2]] quasi *add. St1* | perfectus] perficiens *S1* 49 et *om. v2p* | perfectiones] perficiens *Z4* 50 excursis] excussis *S1 v2p* 51–52 et – ars *om. v2p* 52 ars *editor cum S1*] aera *dub. St1* agens *cett. codd. v1 (def. v2p); cf. App. II, § 2.3.1 n. 2* | bene] breviter *St1* 55 quod[1] *om. v2p* | dicitur *St1 v1v2p in marg. Z4*[2]] dicit Λ datur *cett. codd. (-Ml1) om. Ml1* 57 unum *om. v2p* 58–60 secundum – intellectuale *om. (hom.) St1* 58–59 secundum – intellectuale *om. (hom.) N1* 59 esse *om.* Λ *Ef5 p* | est[1] *om.* Π *v1v2p* 60 intellectuale] intelligibile *v2p* 61 consequuntur] sequuntur *v2p* 62 sic probatur] taliter comprobatur Λ

2–14 Ab – ei: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 121 v. 214–232). – 23 Supra p. 30 v. 62–66. – 24–32 quaerere – formantur: Cf. Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 2 c. 2. Ed. Colon. t. 17,2 p. 27 v. 22–35. – 27 Supra v. 17–20. – 39–43 subtiliores – materiae: De fontibus distinctionis Alberti inter 'formas mundi' et 'formas materiae' (Alfarabio et Alexandro Aphrodisiensi, ut videtur) cf. de Libera, La philosophie médiévale, 402; Palazzo, Albert the Great's Doctrine, 165 cum nota 93; Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 120 v. 182–202); Alex. Aphr., De intellectu et intellecto (ed. Théry p. 76). Aliter interpretantur Anzulewicz / Rigo, Reductio ad esse divinum, 404 cum nota 86; Sturlese, Vernunft und Glück, 19 cum nota 43. – 51–52 intellectus – comparata: Cf. Arist., De anima l. 3 c. 5 (430 a 11–17); Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 18. Ed. Colon. t. 7,1 p. 204 v. 1–44.

Esse autem intellectuale est in omnibus quae sunt intellectus et ratio eorum quae intelliguntur; esse igitur intellectuale est in omnibus intelligibilibus. Omne autem intelligibile quod intelligitur non nisi per formam suam vel per seipsum, si forma est, intelligitur. Et constat quod hic intellectus sive esse intellectuale ita est factum quod ulterius non confert aliud esse intellectuale praeter seipsum. Hoc autem totum | sub anima hominis est per hoc quod ipsa est imago formae mundi et non tantum forma materiae.

Est autem in anima in via cognitionis multa accipere facientia et facta secundum sensum, ad quem reflectitur intellectus in his quae intelliguntur concepta cum materia, et secundum imaginationem, ad quam reflectitur intellectus secundum ea quae intelliguntur mathematice, et ad intellectum possibilem ⟨…⟩. Oportet igitur quod in hoc ordine universi recurratur ad unum agens primum quod est primum agens esse intellectuale; non enim solum in universitate omnium recurritur ad primum, sed in quolibet ordine uno necesse est esse primum in quo sit status illius ordinis. Et haec est causa quod in LIBRO DE ANIMA diximus in ipsa anima esse differentias universaliter agentis, quo est omnia facere, et universaliter possibilis, quo est omnia fieri.

Et per istam rationis necessitatem arguuntur falsitatis ILLI QUI in anima nullum DICUNT esse intellectum agentem. Isti enim non consentiunt PHILOSOPHIS qui, licet dicant intelligentias, quae sunt formae mundi, irradiare super intellectum animae humanae, tamen non negant in ipsis animabus esse ⟨irradiationes⟩ intellectus agentis universitati suorum intellectualium proportionatas. Aliter enim homo non perfecte esset minor mundus nec esset imago formae mundi, quae inconvenientissima scit esse omnis qui recte philosophatur.

Per hunc igitur modum quo universitas corporalium habet unum primum agens in his quae faciunt et fiunt usque ad ultimum factum, quod est lux solis, super quem tamen irradiat lux agentis primi intellectus, et nisi super ipsum irradiaret, lux solis non esset effectiva formarum corporalium, ita est in quolibet universo; oportet igitur ita etiam in anima hominis esse secundum multitudinem et universitatem intellectualis esse quod fit in ipsa et in intellectu ipsius.

Iam autem facile est ostendere quod agens est in eo sicut lux, quia est universaliter agens; sicut enim lux influit super omnia quae sunt activa et passiva in materia, ita necesse est primum agens universaliter agendi formam et actum omnibus influere. In PRIMA enim PHILOSOPHIA probabimus quod omnis actus primi agentis per hoc universalis et finiens est, quia stat inter quoddam primum et quoddam ultimum per omnia extendens se media. Omne autem quod a primo per omnia media pertingit usque ad ultimum universaliter agit; constat igitur primum agens in intellectualibus universaliter

St1 = *Z4S1* *Π* = *V2N1M1V16Ml1Z1Pr1M5O4Ef5* *v1v2p* 8 *p* p. 507

1 est in] cum *St1* 2 ratio] ideo *St1* | esse] rem *St1* | igitur] ergo *M1 v2p* 3 autem *om. St1*^{ac} 4 non *om. St1*^{ac} | vel] idem *St1* 5 seipsum] se ipsam *St1 V16* 6 esse] rem *St1* | esse intellectuale *inv. Π* intelligibile esse *v2p* | factum *Λ v1v2p*] firmum *St1* frigidum *cett. codd.; cf. App. II, § 2.3.6 n. 3* 7 aliud] ad *Z4 Ef5 v2p* ad *praem. v1* | intellectuale] intelligibile *Ml1 v2p* 7–8 seipsum] se ipsam *St1* 8 autem] tamen *St1* 12 facientia] phantasmata *v2p* | facta] formam *St1* | sensum] statum *St1* | ad quem] aliquid *M5* | quem] que *Π (-M5) v2p* 13 intellectus *om. v2p* 14 ad quam *om. v2p* 15 intelliguntur] intelligentia *Π* 16 et *om. Z4 V16* | ad *St1 Λ Π v1v2p*] secundum *Ve6P2 (an recte?); cf. App. II, § 2.3.2 n. 3* | ⟨…⟩ *lacunam signavit editor*] posse *(sic)* secundum ea que intelliguntur intellectualiter *(dub. [intellr']) suppl. S1; cf. App. II, § 2.3.2 n. 3* | igitur] ergo *v2p* 18 intellectuale] intelligibile *v2p* | non] hoc *Π (-Ef5)* nec *Ef5* 19 universitate] universitatem *v2p* 20 quolibet] qualibet *St1* 21 quo] qua *St1* | sit] est *v2p* 22 esse] duas *add. v2p* 23 agentis quo … omnia] agens qua … anima *St1* 24 quo … omnia] qua … anima *St1* | est] et *Λ* 25–26 falsitatis illi] falsitates illorum *v2p* 26 nullum dicunt *inv. Z4 Π (-O4) v1v2p* 29 tamen non *inv. v2p* 30 irradiationes *suppl. editor*] differentias *Po3Ve6P2Ml2 om. St1 Λ Π v1v2p; cf. App. II, § 2.3.2 n. 4* | intellectus agentis *Π (-O4Ef5)*] intellectus agentes *St1 Λ O4Ef5 v1* intellectum agentem *v2p; cf. App. II, § 2.4.2 n. 2* 31 intellectualium] intelligibilium *Π v1* | proportionatas] proportionalitas *Π (-O4Ef5)* proportionales *O4* proportionatos *Ef5 v1* proportionatum *v2p* 32 enim *om. St1* | perfecte] perfectus *St1* 33 quae] tamen *add. v2p* 35 igitur] ergo *M1 v2p* | quo universitas] qua universum *St1* 37 factum] frūm *St1* 38 quem *editor cum W1Po3*] quam *St1 Λ Π v1v2p; cf. App. II, § 2.3.1 n. 3* | tamen] non *Π (-Ef5) om. Ef5 v2p* 39 irradiaret *ante* super *Π v1v2p* | esset] essent *St1* 41 igitur *om. v2p* | ita *post* etiam *v2p* | etiam] et *St1* 43 in^2 *om. St1 M1O4* 45 est] enim *Π (-O4Ef5) om. Ef5 v1* 46 influit] universaliter *add. v2p* 49 probabimus] probavimus *v1v2p* 50 finiens] finitus *St1* 51 et] inter *add. St1* 51–52 extendens] excedens *Π (-O4Ef5)* 52 se *om. Π (-O4Ef5) v2p* | Omne] esse *v2p*

12–16 secundum – possibilem: Cf. Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 16. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 200 v. 37 – p. 201 v. 58; Alb., Metaph. l. 11 tr. 1 c. 9. Ed. Colon. t. 16 p. 473 v. 47–55; Alb., De unitate intell. pars 3 § 1. Ed. Colon. t. 17, 1 p. 22 v. 21–26. – 22 Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 18. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 203 v. 81 – p. 204 v. 49; cf. Arist., De anima l. 3 c. 5 (430 a 10–12). – 26–27 illi – agentem: De opinione docente intellectum agentem non esse partem animae, quam opinionem Albertus in commentario super De anima omnibus fere philosophis ascribit, cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 406 v. 29–34 cum notis, p. 412 v. 51–68 cum notis. Cf. etiam Thom. de Aq., Quaest. disp. de an. q. 5. Ed. Leon. t. 24, 1 p. 40 v. 112 – p. 41 v. 134 cum notis; Bazán, Was There Ever a First Averroism, 33–39. De Alberti interpretatione opinionum Avicennae et Averrois cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 412 v. 51–68 cum notis 57, 76; Alb., Super Ethica l. 6 lect. 8. Ed. Colon. t. 14 p. 451 v. 29–44; Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 18, tr. 3 c. 11. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 204 v. 91–97, p. 221 v. 9–14. – 27–31 philosophis – proportionatas: Cf. Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 22. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 87 v. 35–47. De opinione docente intellectum agentem esse partem animae, quam opinionem Albertus in primis Aristoteli ascribit, sed suo tempore etiam multi alii Latini magistri tenebant, cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 402 v. 40–41 cum notis, p. 412 v. 56–76 cum notis; supra p. 12 v. 27 cum nota. – 32 minor mundus: Cf. Auct. Arist. (ed. Hamesse p. 156 n. 205); Arist., Phys. l. 8 c. 2 (252 b 26–27); Averr., Phys. l. 8 comm. 17 (ed. Venetiis 1562 f. 353vH); Alb., Phys. l. 8 tr. 1 c. 9. Ed. Colon. t. 4 p. 566 v. 19–30. – 48–49 Fort., Alb., Metaph. l. 2 c. 6. Ed. Colon. t. 16 p. 96 v. 32 – p. 97 v. 5; cf. Arist., Metaph. l. 2 c. 2 (994 a 11–19).

agere, aliter enim efficientia non starent. Ex hoc igitur patet quod agens intellectus universaliter agit in universitate ordinis intellectualium quae sibi subiciuntur.

Ex his autem concluditur quod incessanter agit; non enim est primum agens nisi per hoc quod per essentiam agit, sicut lux per essentiam lucet. Quod autem per essentiam agit aliquam actionem semper aget eam et incessanter; intellectus igitur agens semper et incessanter agit. Et hoc VETERES PHILOSOPHI intenderunt cum dixerunt quod intellectus agens incessanter proprias intelligentias emittit.

Ex hoc autem quod hic intellectus est primus consequitur ipsum quod sit simplex, et quod essentialiter agat, et quod indivisae sint intelligentiae in ipso, et quod omnes in ipso sint sua substantia et vita et lux sua.

Ex hoc autem quod universaliter agit sequitur ipsum esse formam omnium intellectualium, quae tamen forma in unoquoque intellectualium est secundum potestatem illius quod intellectuale esse participat et non secundum potestatem primi agentis, et quod ipse est semen omnis intelligibilitatis, et quod sub actu suo omne intellectuale movet animam.

Et ideo nulla est quaestio EORUM QUI QUAERUNT quomodo formae rerum possint agere in animam, cum anima nobilior et altior sit illis, et id quod est nobilius et altius potius agere videatur in id quod est sub ipso quam quod recipiat ab ipso et patiatur. Et est haec quaestio imperitorum in naturalibus. Formae enim exteriorum non agunt in animam nisi prout sunt intellectus quidam et agunt sub lumine intelligentiae agentis quod est in ipsis, et sic possunt agere | in possibilem intellectum.

Patet etiam ex hoc quod cum inter omne agens et patiens debeat esse communicatio, quod communicatio est inter agentem, formam et possibilem intellectum et quod ipsa forma stans in lumine universaliter agentis est agens quod proprie habet inferre passionem intellectui possibili.

Ex hoc autem quod est agens essentialiter et incessanter consequitur ipsum sua acta, per hoc quod sunt sub ipso, esse necessaria et stantia et quoad hoc aeterna quod sunt immutabilia; hoc enim modo aeterna dicuntur quaecumque PHILOSOPHI aeterna vocant, et sic scientia est necessaria et aeterna quae est de huiusmodi formis. Et hoc MULTI STOICORUM ignoraverunt, et ideo alias formas quam illas quae in rebus sunt posuerunt.

Hic autem idem intellectus agens comparatur arti, et est comparatio quae essentialiter convenit ei secundum quod praehabet in seipso omnia intellecta. Non autem hoc intelligitur de arte mechanica, quae diversa est a mente artificis et est scientia quaedam operativa factorum cum ratione, sed intelligitur de arte naturali, quam omnis forma etiam corporea dicitur imitari. Diximus enim in PRAEHABITIS in semine sive in spiritu seminali esse animam ut artificem quae omnia cum ratione certa infallibiliter operatur, cum tamen haec ars non sit scientia quaedam alia ab ipsa substantia formativae virtutis, sed sit ipsa formativa virtus prout in se habet omnium membrorum virtutes illas quibus operatur ad vitae potentias universaliter ratione et cum certa finis intentione et ratione formae. Et sicut est particulariter in semine, ita est universaliter in luce agentis intellectus respectu universitatis totius ordinis sibi subiectae materiae; ipsa

St1 $\Lambda = \mathcal{Z}4S1$ $\Pi =$ *V2N1M1V16Ml1Z1Pr1M5O4Ef5* *v1v2p* 31 *p* p. 508

1 igitur *St1*] ergo Λ *om.* Π *v1v2p* 2–3 in universitate] universalitate Π *v1* | in – intellectualium] universalitatis ordine intelligibilium *v2p* 3 subiciuntur] subiungitur *v2p* 4 autem] etiam *v2p* 5 enim est *inv.* Λ 7 aget] agit *St1 V16 v2p* | et *om. St1*^{ac} 8 igitur] ergo Π *v1 om. v2p def. Pr1* | et *St1 S1 Ef5*] *om. cett. codd., edd. def. Pr1* 10–13 intellectus – quod^{1} *om. (hom.) v2p* 11 emittit] enutrit *St1* 12 hic *om. St1* | intellectus est *inv.* Π 13 agat] agit *v2p* 14 sint] sicut *St1* 15 sint *editor cum Ml1 v1*] sīc *St1* sunt *cett. codd., v2p; cf. App. II, § 2.3.1 n. 4* 17 intellectualium] intelligibilium *v2p* 18 intellectualium] intellectu *v2p* 21–22 intellectuale] intelligibile *v2p* 23 nulla] ultima *St1* | eorum] rerum *St1* 24 possint] possunt Λ *Z1M5O4Ef5 v1v2p* 25 illis Π *v1v2p*] ipsis *cett. codd.; cf. App. II, § 2.4.2 n. 3* 27 haec *om.* Π *v1v2p* 29 in animam *om. v2p* | quidam *editor cum O4 v1v2p*] quidem *St1 V2N1M1M5* quid' *cett. codd.; cf. App. II, § 2.3.1 n. 5* 31 possunt agere *inv.* Π *v1v2p* 33 debeat] debet *v2p* | quod *editor cum Ve6P2Ml2 v1*] que *St1* Λ Π *(-O4) v2p* quedam *O4; cf. App. II, § 2.3.1 n. 6* 34 agentem] et *add. v2p* 35 stans] universaliter *add. v2p* | agentis] agens *St1* 39 consequitur] consequntur *(-*secun*-)* Π *(-O4) v1v2p* consequetur *O4* 39–40 sunt – ipso] in ipsa *v2p* 40 esse *editor cum S1*] rerum *St1 om. cett. codd., edd.; cf. App. II, § 2.3.1 n. 7* | aeterna] essentia *St1*^{ac} 45 posuerunt] ignoraverunt *St1* 46 idem *om. v2p* 48 omnia intellecta *om. St1*^{ac} 50 scientia] sententia *St1* 52 Diximus] dicimus *v2p* 53 praehabitis Π *v1*] sophiticis *(sic) St1* phīs $\mathcal{Z}4$ phisicis *S1 v2p* | in^{3} *om. v2p* 54 omnia] etiam *St1* | certa] et *add. v2p* 55–56 scientia] sententia *St1* 56 alia *om. v2p* 57 sit] sicut *v2p* | ipsa formativa virtus prout in se] p. in se ip. f. v. *V2* ip. p. in se f. v. *N1M1V16Z1Pr1O4Ef5 v1v2p* in se ip. p. f. v. *Ml1* f. v. ip. p. in se *M5* 58 operatur] operantur *St1* 59 universaliter] universali *v2p* | ratione] recte *St1* 60 est] cum *St1* 61 est – agentis] universaliter est cum in luce angulis *St1* 61–62 universitatis] universalitatis *St1* 62 sibi] vel Λ | subiectae] sb'e Λ *M5*

5–6 per – agit: Cf. Alb., Metaph. l. 11 tr. 1 c. 9. Ed. Colon. t. 16 p. 472 v. 77–79. – 9 veteres philosophi: Fort., Algazel, Metaph. pars 2 tr. 5 (ed. Muckle p. 184 v. 2–6). Cf. Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 4 c. 1. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 43 v. 38 – p. 44 v. 3. – 23–27 eorum – patiatur: Ex. gr. Aug., De musica l. 6,V n. 8–10 (CSEL 102 p. 200 v. 1 – p. 202 v. 16); Rob. Gross., De intelligentiis (ed. Baur p. 118 v. 34 – p. 119 v. 26); Rob. Gross., Hexaem. part. 7 c. 14 § 1 (ed. Dales / Gieben p. 210 v. 14–32). Cf. etiam Alb., De anima l. 2 tr. 3 c. 1. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 97 v. 52–80. – 42 philosophi: Ex. gr. Arist., Eth. Nic. l. 6 c. 3 (1139 b 19–24); Boeth., De cons. phil. l. 5 prosa 6 n. 9–14 (ed. Moreschini p. 156 v. 30 – p. 157 v. 57). Cf. etiam Alb., Anal. Post. l. 1 tr. 5 c. 9 (Ed. Paris. t. 2 p. 150a): 'Necessaria autem sunt, quae non contingunt aliter se habere: et ideo immutabilia sunt et aeterna, ut dicitur in sexto Ethicorum, et sunt per talia media immutabilia et aeterna hoc modo aeternitatis quo immutabile aeternum dicitur'; Alb., Ethica l. 3 tr. 1 c. 17, l. 6 tr. 2 c. 2 (Ed. Paris. t. 7 p. 220a, p. 410a–b); Alb., Phys. l. 4 tr. 4 c. 1 Ed. Colon. t. 4 p. 294 v. 26–40. Cf. etiam Aug., De trin. l. 4 c. 18 (CCL 50 p. 193 v. 62–64). – 44 multi Stoicorum: In primis Plato. Cf. Alb., Metaph. l. 3 tr. 3 c. 11. Ed. Colon. t. 16 p. 149 v. 92 – p. 152 v. 9. Vide etiam supra p. 14 v. 47–48 cum nota. – 50–51 est – ratione: Cf. Arist., Eth. Nic. l. 6 c. 4 (1140 a 20–21); transl. Gross.: Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 257 v. 5–6; Alb., Super Ethica l. 6 lect. 6. Ed. Colon. t. 14 p. 435 v. 23–24. – 53 Supra p. 30 v. 46–61.

enim lux sua scientia sua est, et sua ars est certa ratione omnia ad esse intellectualitatis producens et omnia constare faciens in intellectu possibili.

Ex his igitur constat intellectum agentem esse praeperfectum et supra perfectum, perfectiones omnes praehabentem et largientem omni ei quod secundum esse intellectuale perficitur.

Haec autem coniuncta his quae iam in ANTERIORI HUIUS SCIENTIAE LIBRO diximus et his quae in TERTIO NOSTRO LIBRO DE ANIMA dicta sunt verum ostendunt intellectum agentem. Omnia tamen haec plenissime intelliguntur ex scientia philosophiae primae, quia ista in veritate principia scientiae naturalis transcendunt.

Cap. 4. Qualiter intellectus possibilis sit potentia et ut tabula rasa et ut locus et ut species intelligibilium

Dicamus autem nunc de perfectione intellectus possibilis. Huic autem quattuor attribuuntur a philosophis quorum UNUM est quod ipse, idem indivisibilis substantiae existens, potentia est omnia intelligibilia. SECUNDUM autem est quod ipse habet se ad intelligibilia sicut tabula rasa in qua non exigitur aliqua praeparatio ⟨ad hoc⟩ quod imago sit in ea. TERTIUM autem est quod ipse est potius locus intelligibilium quam materia. QUARTUM autem est quod ipse est species intelligibilium sicut sensus sensibilium est species. Et de omnibus his necesse est determinare, licet sit valde difficile; sine his enim impossibile est scire animae perfectionem.

Cum igitur intellectus possibilis dicitur quo est omnia fieri intelligibilia, intelligitur quod ipse sit in potentia omne intelligibile unus et idem indivisus et sim|plex secundum substantiam; et ideo sua potentia qua fit intelligibilia non est univoca ad potentiam materiae, quae non est susceptibilis formarum omnium una et indivisibilis existens, sed potius secundum sui divisionem in multa. Et cum dicitur quod intellectum possibilem, in eo quod possibilis est, contingit omnia fieri, non intelligitur quod fiat omnia sicut materia; non enim materia fit forma, et cum dicitur quod possibilis intellectus fit omnia intellecta, intelligitur quod fit forma ipsa per quendam modum.

Et huius simile dixit iam ante nos ALFARABIUS, quod est imaginandum quod sic cera intelligatur vel imaginetur tota transire in figuram sigilli ita quod nihil eius distinguatur ab ipsa figura sigilli. Hoc tamen simile ego non omnino conveniens esse reputo, sed ponam aliud quod est per omnia conveniens. Si enim coloris simplicem formam intelligamus et potentiam perspicui qua ipsum perspicuum est illius coloris susceptibile, illa [enim] potentia non distinguitur a suscepto in hoc quod unum sit subiectum et alterum forma, cum sint eiusdem naturae perspicuum suscipiens et color susceptus; color enim non differt a perspicuo secundum naturam, sed secundum quoddam esse diversum unius naturae et eiusdem. Perspicuum enim suscipiens lumen in profundum est suscipiens et perspicuum in extremo participans actum luminis est color. Et planum est videre cuilibet quod istae naturae non sunt diversae, sed esse perspicui in uno et in alio diversum est. Et per omnem eundem

St1 Λ = *Z4S1* Π = *V2N1M1V16Ml1Z1Pr1M5O4Ef5* *v1v2p* 31 *p* p. 509

1 scientia] sententia *St1* | sua[2] *om. N1 v2p* | est[2]] et *St1* 2 intellectualitatis] intelligentis *(*igitur *praem. v2) v2p* | producens] perducens Λ 2–3 constare] construere *v2p* 4 igitur *om. v2p* 4–5 praeperfectum *St1 v1*] perfectum Λ *O4 v2p* imperfectum Π *(-O4); cf. App. II, § 2.4.3.1 n. 3* 5 supra perfectum] superperfectum *Z4* imperfectum *S1* 5–6 praehabentem] habentem *v2p* 9 scientiae] sententie *St1* 10 nostro libro *inv.* Π *v1v2p* 12 scientia] sententia *St1* 13 principia] pura *v2p* | scientiae] sententie *St1* 14–16 Cap. – intelligibilium *om. O4* 14 4.] v *St1* 15 rasa *om. St1* 19 ipse idem *inv.* Λ 21 autem – ad] est quod se habet ad omnia *v2p* 22 exigitur] exigetur *v2p* | ad hoc *suppl. editor cum aliquibus codicibus, ex. gr. Ve6P2Ml2*] *om. St1* Λ Π *v1v2p; cf. App. II, § 2.3.2 n. 5* 23 ea] ipsa *v2p* 25 quod – est *om. (hom.) v2p* | sicut] sic *V2N1V16Ml1Z1Ef5 def. M1* 26 sensibilium *post* species *St1* | est[1] *post* sensus *St1 M5 ante* sensus *v2p* 27 sit valde *inv.* Λ 28 scire] formari *St1* 29 igitur] ergo *v2p* 30 sit *post* potentia *v2p* 31 omne Π *v1v2p*] esse *St1* Λ; *cf. App. II, § 2.4.2 n. 4* 31–32 secundum] suam *add.* Π *v1v2p* 32 fit Λ *N1Z1Ef5 v1v2p*] sit *cett. codd. (-O4)* scit *O4* 34 formarum *om. v2p* 36 intellectum possibilem] in intellectu possibili *v2p* 38 fiat omnia] omnia sit *v2p* 39 fit[2] Λ *N1O4*] sic *St1* sit *cett. codd. (-Ef5), edd. dub. Ef5* 40 intellecta] intellectu *St1* | fit *editor cum Z4 O4*] sit *cett. codd., edd.; cf. App. II, § 2.3.1 n. 8* | ipsa] illa Π *v1v2p* 42 huius] hi' *N2Z1M5* huiusmodi *v2p* | ante] aut *St1* | Alfarabius] alterabimus *dub. St1* affeabimus *Z4*[1] afferabius *Z4*[2] 43 sic *editor (dub. J)*] sicut *St1* Λ Π *v1v2p; cf. App. II, § 2.3.1 n. 9* 44 tota] rota *St1* 45 distinguatur] distinguetur *v2p* 46 esse *om. v2p* 47 coloris] colorem *v2p* 48 perspicui] perspicuum *v2p* | qua] contra *S1* quam Π *(-O4Ef5)* per quam *v2p* 49 coloris *om. v2p* | illa] ita *v2p* 50 enim *del. editor*] *hab. codd. (-St1*[1]*), edd.* est *St1*[1]*; cf. App. II, § 2.3.3 n. 2* | potentia] in *praem. v2p* 51 cum – eiusdem] tunc sunt eque *v2p* 54 quoddam] quod est *v2p* | esse *post* secundum Π *(-M5) v1v2p om. M5* | diversum – naturae] divisio nature unius *St1* 55 Perspicuum enim] unde perspicuum *v2p* 56 suscipiens] perspicuum *add. v2p* 57 cuilibet] cuislibet *(sic) v2* cuiuslibet *p* 58 istae] ille *v2p* 59 omnem] unum et *v2p*

4–5 praeperfectum – perfectum: Cf. Ps. Dion., De div. nom. c. 2 § 10 (PTS 33 p. 134 v. 11–12); transl. Sarr., transl. Gross.: Dionysiaca I, p. 107; Alb., Super Dion. De div. nom. c. 2. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 94 v. 30–38: '(…) est (*sc.* deitas) etiam (…) sicut superperfecta et praeperfecta, id est et plus quam perfecta (…)'. – 8–9 Supra p. 11 v. 3 – p. 12 v. 25. – 9–10 Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 18–19. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 203 v. 81 – p. 206 v. 79. – 19–20 unum – intelligibilia: Cf. Arist., De anima l. 3 c. 4, c. 5 (429 b 30–31, 430 a 10–15). Cf. etiam Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 17, c. 18. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 202 v. 34–39, p. 203 v. 81 – p. 204 v. 4, p. 204 v. 44–47. – 20–23 Secundum – ea: Cf. Arist., De anima l. 3 c. 4 (429 b 31 – 430 a 2); Averr., De anima l. 3 comm. 14 (CCAA VI,1 p. 430 v. 50–77). Cf. etiam Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 17. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 202 v. 40 – p. 203 v. 10. – 23–24 Tertium – materia: Cf. Arist., De anima l. 3 c. 4 (429 a 27–28); Averr., De anima l. 3 comm. 6 (CCAA VI,1 p. 416 v. 91–97). Cf. etiam Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 15. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 198 v. 25–50. – 24–26 Quartum – species: Cf. Arist., De anima l. 3 c. 8 (432 a 2–3). Cf. etiam Alb., De anima l. 3 tr. 3 c. 12. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 224 v. 37–43. – 42 Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 118 v. 93–112). – 46–47 ponam – conveniens: Simile perspicui pervii Albertus ab Averroe hausisse videtur; cf. Averr., De anima l. 3 comm. 5 (CCAA VI,1 p. 410 v. 688 – p. 411 v. 701); Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 7. Ed. Colon. t. 12 p. 16 v. 6–12; Alb., De unitate intell. pars 3 § 2. Ed. Colon. t. 17, 1 p. 29 v. 21–49.

modum eiusdem naturae per diversum esse est susceptibile quod est oculus. Perspicui igitur extremitas, quae est color, si sumatur secundum esse spirituale quo ⟨est⟩ in medio, non est in perspicuo pervio nec in perspicuo animato, quod est oculus, sicut duae naturae distinctae; et ideo non est in eis proprie loquendo sicut in subiecto, sed potius sicut in re quae est eiusdem naturae diversificatae secundum triplex esse lucidi, terminati et pervii et animati.

Et per omnem eundem modum in incorporalibus eiusdem naturae sunt lumen intelligentiae terminatum quod est simplex forma rerum separata a materia et lumen eius quod est intellectus possibilis, sicut pervium quoddam et lumen eius in seipso simpliciter acceptum. Ex hoc enim quod intellectus possibilis ad corpus accedit efficitur distans a lumine intelligentiae, sicut perspicuum in aere distat a natura luminosi in seipso.

Patet autem ex his quod eadem forma est in possibili intellectu et in materia, sed ab intellectu nullam accipit individuationem. Et patet etiam quod in omnibus talibus intelligens intellectus et forma intellecta sunt idem actu per esse tantum habentia differentiam, sicut perspicuum in loco in quo est color abstractus idem actu est cum coloris natura per esse differens, quod esse importatur per diffinitionem utriusque, et quod intellectus possibilis non est materia, sed forma. Hoc ignoravit THEOPHRASTUS.

Tabulae autem rasae comparatur per hoc quod sicut tabula rasa praeter omnem praeparationem se alterantem susceptibilis est figurae, sic intellectus possibilis praeter omnem alterationem se praeparantem susceptibilis est non unius tantum, sed omnis intelligibilis. Et per hoc iterum patet quod non est materiae potentia ipsius – rasura enim tabulae non est materia –, sed potius, sicut perspicuum una et eadem potentia luminis est coloris omnis susceptibile, ita idem intellectus una et eadem potentia luminis agentis quod in ipso est susceptibilis est omnis formae intelligibilis. Et ideo nullo modo potest esse forma corporalis, quia hanc impossibile est habere potentiam unam ad omnem formam suscipiendam. Sed potius, sicut tabula rasa est imago si solum suae superficiei addatur terminatio, ita ipsa intellectualitas animae secundum possibilem intellectum est intellectum secundum esse quod habet in intellectu si addatur terminationis ratio qua | est rei terminus cuius ipsum est forma. Et sic iterum patet qualiter intelligens et intellectum sunt idem actu secundum esse differentia. Haec autem quae dicta sunt nullo modo conveniunt materiae.

Inter omnes autem comparationes magis apta est quae est loci. Loci enim omnino eadem distantia est quae est locati et a locato accipit figuram et exhibet ei continentiam, et est motus naturalis locati ad ipsum et quies eius naturalis in eo; sicut enim in QUARTO DE PHYSICO AUDITU determinatum est, eadem est distantia cubi et loci cubi, et si lineae protrahantur a centro loci ad superficiem loci, erunt eaedem lineae numero loci et locati. Et hoc modo eadem natura est intellectualitatis in intellectu possibili et eo quod intelligitur secundum esse intellectuale, nisi quod limitibus eius quod intelligitur ipse intellectus formatur sicut locus figuratur ad locati figuram. Et eius quod intelligitur, quando sub actu luminis est intellectus agentis, motus naturalis est ad intellectum sicut motus coloris quando est sub actu lucidi est ad perspicuum, et per eandem naturam quies eius naturalis est in ipso.

St1 Λ = *Z4S1* Π = *V2N1M1V16Ml1Z1Pr1M5O4Ef5* *v1v2p* 44 *p* p. 510

2 igitur] ergo *M1 v1v2p* 3 est[2] *suppl. editor cum aliquibus codicibus, ex. gr. O8, v1v2p*] *om. St1* Λ Π; *cf. App. II, § 2.3.2 n. 6* 4 pervio – perspicuo *om. (hom.) V2Pr1* | nec] n[e] *St1* nature *S1* 5 sicut *St1*] sunt *cett. codd. v1* sed sunt sic *v2p; cf. App. II, § 2.4.3.1 n. 4* | naturae] nostre Π *(-O4Ef5)* 6 est *om. v2p* 7 re] esse *St1* 7–8 diversificatae *editor cum Z4 O4 v1v2*] diversitate *(*diversita *[sic] Ml1) cett. codd. (-Z1M5) p comp. inc. Z1M5; cf. App. II, § 2.3.1 n. 10* 8 esse] est *St1 M1* | et *om. O4 v2p* 10 in] etiam *Z4* | incorporalibus] corporibus Π *v2p* 11 sunt … terminatum] sicut … terminatur *St1* 13 eius] eiusdem *v2p* | pervium] per unum *St1 S1 V2Ml1* 14 eius] quod est intellectus possibilis *add. (hom.) Z4* quod est intellectus possibilis sicut per unum quoddam et lumen eius quod est intellectus possibilis *add. (hom.) S1* 19 in *om. St1* | accipit] accepit Λ 20 patet *om. v2p* 21 intellecta] intell'clia *St1* | sunt idem *inv.* Π *v1v2p* 22 tantum *om. v2p* | sicut] si est *St1* 23 in[2] quo] vel in quo ubi Π ubi *v1* | idem] id est *St1* 23–24 actu – natura] est actu cum natura coloris *v2p* | cum coloris] enim colericus *St1* 24 esse[2]] essentia *St1* 25 diffinitionem] distinctionem Π *(-Ml1Pr1) v1v2p* dist[i]ctionem *Ml1* discretionem *Pr1* 26 Hoc] et *praem. St1* | ignoravit] monstravit *St1* | Theophrastus *N1 (*theophastus *O4) v1v2p*] therpharalius *St1* thophrastus *Z4* frastus *S1* thephrastus *(*thefr-*/)* Π *(-N1O4)* 28 rasa *om. v2p* 29–31 figurae – est *om. (hom.)* Λ 30 alterationem – praeparantem] preparationem separantem *v2p* 32 iterum *St1 Z4 M5 v1v2p*] verum *S1* Π *(-M5)* 34–36 est – luminis *om. (hom.) St1 N1* 34–35 est – omnis] omnis coloris est Λ 35 susceptibile] susceptibilis *v2p* 36–37 est susceptibilis] susceptibile *St1* 38 forma *St1* Λ Π *v1v2p*] materia *E3M4M6 (an recte?); cf. App. II, § 2.3.5 n. 1* 41 terminatio] termino Π *(-Ef5)* termin o. *v1* terminationis actio *v2p* 42 est] cum *scr. et* agit – possibilem *(p. 33 v. 7–31) iter. sed del. St1* | intellectum[2]] intellectuum *S1 dub. Z4* intellectu *N1* in ista *v2p* 43 in intellectu] intellectus Λ 44 ratio] actio Π *v1v2p* | qua] que *M1[ac] v2p* | rei terminus] in terminum *St1* 46 autem] enim *St1* 47 dicta *post* sunt Π *(-N1M5) v1v2p om. M5* 49 Loci[2] Λ *O4 v1v2p Ef5[2]*] locus *cett. codd.; cf. App. II, § 2.4.1 n. 1* | distantia *St1*] differentia *(*d[a] *Z4 M5O4) cett. codd., edd.; cf. App. II, § 2.4.3.1 n. 5* 50 ei *om. Z4[ac] v2p* 51 motus naturalis] maternaturalis *(sic) St1* 52 eius *om.* Π *v1v2p* 52–53 physico] philosophie Π *(-M5O4Ef5)* 53 est[1] *ante* determinatum Π *(-N1O4) v1v2p om. N1* 53–54 cubi – cubi] loci tullii loci *in lac. St1* 54 et[2]] etiam Π *v2p* | a centro] accentuato *St1* 55 loci[1] *om. v2p* 57 et] in *add.* Λ *v2p* 62 coloris quando] colorum quia *v2p* | sub – lucidi] ab actu lucis *v2p* | est[2] *om. M5 v1v2p* 63 et *om. v2p* | eius] enim *v2p*

26 Theophrastus: Cf. Averr., De anima l. 3 comm. 5 (CCAA VI,1 p. 399 v. 351–361); Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 3, c. 5, c. 18. Ed. Colon. t. 7,1 p. 181 v. 81–90, p. 184 v. 53–61, p. 205 v. 19–24; Alb., De unitate intell. pars 3 § 2. Ed. Colon. t. 17,1 p. 24 v. 51–59; Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 1 c. 1. Ed. Colon. t. 17,2 p. 3 v. 36–38; Alb., Anal. Post. l. 1 tr. 1 c. 5. (Ed. Paris. t. 2 p. 18b). – 27–64 Cf. Alb., De nat. et orig. an. tr. 1 c. 7. Ed. Colon. t. 12 p. 16 v. 12–26. – 52–54 Arist., Phys. l. 4 c. 8 (216 a 27–29); transl. Iacobi: Arist. Lat. VII,1.2 p. 164 v. 17–18: 'Sicut enim in aqua si ponat aliquis cubum, distabit tanta (tanto *al. le.*) aqua quanta (quantus, quanto *al. le.*) est cubus'; cf. Alb., Phys. l. 4 tr. 2 c. 8. Ed. Colon. t. 4 p. 250 v. 54–61.

Quarta autem comparatio est quod intellectus possibilis est species intellectorum sicut sensus est species sensibilium. Constat enim quod perspicuum pervium est species perspicui non pervii et dat ei speciem et formalitatem quam non habet in materia. Et multo magis intellectus non formatus est species et forma formae intellectae per esse quod habet in intellectu et confert ei esse universale et simplex quod non habuit in materia. In his enim quae incorporalia sunt id quod est natura simplex est species et forma eiusdem naturae determinatae, sicut sensus communis formalis est ad sensus proprios et determinatos.

Ex omnibus ergo huiusmodi comparationibus patet quid sit perfectio intellectus possibilis secundum quod est possibilis.

Cap. 5. De intellectu formali et qualiter per ipsum perficitur intellectus possibilis

His autem habitis videndum est de perfectione eius intellectus quem SUBTILISSIMI PERIPATETICORUM formalem vocaverunt intellectum, eo quod ipse est forma omnis intellectus secundum esse intellectuale quod habet. Hic autem formalis intellectus non est ille quem QUIDAM formam rei intellectae esse arbitrantur, quia, sicut IAM OSTENSUM EST, ille non est formalis ad intellectum possibilem, eo quod species est possibilis intellectus talium specierum et locus, et ideo formale esse potius accipit id quod intelligitur ab intellectu in quo est quam quod det sibi esse formale, sicut species et locus formalia sunt ad ea ad quae comparantur.

Sed sicut in coloribus lumen est formalis hypostasis et perspicui pervii et oculi et perspicui terminati, ita lumen quod est actus intellectus agentis est forma et intellectus possibilis et eius quod intelligitur; haec enim duo quantum ad esse intellectuale unius sunt naturae et potentiae, sicut patet per ANTEDICTA. Et quia sunt unius potentiae, sunt etiam unius perfectionis secundum formam, sicut etiam color et pervium tenebrosum unius sunt potentiae, et ideo una forma agentis utrumque perficit; lumen igitur agentis est quod formam rei quae intel|ligitur ducit de potentia in actum et quod possibilem ducit in actum.

Et sicut in colore viso videtur lumen quod de potentia colore facit actu colorem, eo quod nihil aliud agit in visum nisi illud, licet sit terminatum et quasi sit incorporatum, ita in quolibet [eo] quod intelligitur de omnibus intelligibilibus non intelligitur nisi lumen intellectus agentis, licet in aliquo intelligatur incorporatum in materia sensibili et in aliquo intelligatur incorporatum in quantitate imaginabili et in aliquo intelligatur clarum in esse simplici et intellectuali, sicut et lumen quod est colorum hypostasis in aliquo videtur candens, sicut in albo, et in aliquo submersum et in aliquo fere exstinctum, sicut in nigro.

Patet igitur ex dictis quod intellectus possibilis in actu efficitur per lumen intellectus agentis et quod in omni eo quod intelligit, hoc intelligit, et quando etiam seipsum intelligit in actu, se intelligit in lumine agentis.

Ex inductis etiam ulterius ostenditur quod cum lumen agentis secundum esse quod habet in intellectu possibili et eo quod intelligitur sit quo intelligitur omne quod intelligitur | et quo intelligit id quod intelligit, sicut lumen solis est id quo videtur id quod videtur et quo videt id quod videt – quo autem intelligitur id quod intelligitur et quo intelligit id quod intelligit maxime intelligitur in omni intellectu secundum actum facto, eo

St1 Λ = Ƶ4S1 Π = V2N1M1V16Ml1Ƶ1Pr1M5O4Ef5 *v1v2p* 40 *p* p. 511 61 *abhinc St1* Λ = Ƶ4S1 Π^1 = N1M1Ml1Ƶ1O4Ef5 Π^2 = V16Pr1M5 *v1v2p deficit V2*

3 pervium] per unum *V2Pr1* parvum *M1Ml1 om. Ef5* 4–6 perspicui – species *om. (hom.) v2p* 6 non formatus *St1* Λ Π *v1*] formatus *Po1W1Ml2* informatus *Ve6P2 Ve3 (def. v2p)* | est] ut *St1* 7 esse] omne *St1* 8 esse] omne *St1* et *add.* Π 13 ergo] igitur *v2p* 14 quid *editor cum M5*] quod *St1* Π *(-M5) v2p* que Λ *v1; cf. App. II, § 2.3.1 n. 11* 15 possibilis] possibiles *St1* 16–17 Cap. – possibilis *om. O4* 16 5.] vi *St1* 17 perficitur] perficiatur Π *(def. O4) v1v2p* 18 autem *om. St1* 19–20 formalem] sententialem *St1* 21 intellectuale – habet] quod habet intelligibile *v2p* 23 intellectae esse] in esse *St1* intellectivam *v2p* 26 ideo] omne Π *v1v2p* 28 species … locus *inv.* Λ 31 perspicui[1]] et *add. v2p* 34 ad – unius] intellectuale videtur minus *St1*[1] 37 pervium tenebrosum *in lac. St1* 37–38 unius] sicut *praem. St1* 38 sunt *om.* Π *(-Ef5) v1* | sunt potentiae *om. v2p* 38–39 utrumque perficit *inv. St1* 39 igitur] ergo *M1 v2p* | rei] in *St1* 40 ducit *post* potentia *St1* | in] ad Λ *V16* ad *praem. sed del. O4* 40–41 possibilem] possibile Π *v2p def. v1* 41 ducit] reducit *St1* 42 viso] verum *St1* 43 colore] coloris *v2p* | colorem] colorum *St1* 44 visum Π *v1v2p*] visu *cett. codd.; cf. App. II, § 2.4.2 n. 5* | licet *om. v2p* 44–45 quasi – incorporatum] sit quasi intricatum *St1* 44 sit[2]] luce *add. v2p* 45 eo *del. editor*] *hab. codd., edd.; cf. App. II, § 2.3.3 n. 3* 46–47 intellectus agentis *inv. St1 Ml1* 47–48 materia – in *om. (hom.) V2 v1* 48–49 incorporatum – intelligatur *om. (hom.)* Λ 50 et[1] *om.* Π *v1v2p* | et[2] *om.* Π *v1v2p* 51 hypostasis] et *add.* Π *(-O4Ef5) v1v2p* 54 possibilis] passibilis *St1* 55–56 in – intelligit[2]] hoc intelligit in causa eo quod intelligit *St1* 57 se] semper Λ | intelligit[2]] intelligat *St1* 60 intelligitur[1]] intelligit *v2p* | sit] sic Ƶ4 *Ml1 v2p* | quo] qua *St1* | omne] esse *St1 O4* 61 intelligitur *om. v2p* | et *Incipit pecia 5ª* | intelligit[1]] intelligitur Π^1 *(-Ef5)* omne *add. v2p* 62 est id *om. v2p* | id[1] quo] quod *St1* | id[1] – videtur[1] *om. (hom.) N1Ml1* | id[2] – videtur[2] *om.(hom.)* Ƶ1 63 id[1]] illud *v2p* 64 et – intelligit[2] *om.* Π^2

5–8 Et – materia: Cf. Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 12. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 195 v. 19–32. – 19 subtilissimi Peripateticorum: Cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 396 v. 10–13: 'Dicit Alexander in libro De intellectu et intelligibili quod tres sunt intellectus (…) et intellectus in habitu sive formalis (…)'. – 22–23 quem – arbitrantur: Vide supra p. 27 v. 8–11 cum nota 9–11. – 23 Supra v. 1–12. – 30–41 Cf. Averr., De anima l. 3 comm. 5 (CCAA VI, 1 p. 410 v. 688 – p. 411 v. 701); Alb., Metaph. l. 11 tr. 1 c. 9. Ed. Colon. t. 16 p. 472 v. 83–87; Alb., De unitate intell. pars 3 § 1. Ed. Colon. t. 17, 1 p. 22 v. 76–82. – 35 Supra p. 34 v. 47 – p. 35 v. 46. – 50–51 quod – hypostasis: Cf. Nic. Peripat., Quaestiones c. 7 (ed. Wielgus p. 136 v. 28).

quod illud est causa et ratio intelligendi –, lumen intellectus agentis est id quod maxime intelligitur in omni intellectu secundum actum facto.

Amplius, cum lumen illud sit manifestatio agentis intellectus facta secundum proportionem eius quod recipit lumen, patet quod intellectus agens manifestatur in quolibet intellectu secundum actum facto.

Amplius, ⟨quia⟩ lumen est manifestatio sui et perspicui pervii, et ex inductis ostensum est quod lumen agentis est in intellectu possibili sicut lumen solis in perspicuo pervio, concluditur necessario quod intellectus possibilis invenit et intelligit se in quolibet intellectu secundum actum facto, et quod seipsum intelligit quando id quod intelligitur in qualibet re intelligibili intelligit, et quod suum intelligere est ipsum in actu esse.

Et ideo DIXERUNT quod intellectus possibilis et id quod intelligitur ab ipso et suum intelligere est unum et idem ratione, differens secundum esse. SUPRA enim ostensum est quod intellectus et id quod intelligitur actu sunt idem. Et cum suum intelligere non sit nisi in actu esse, videtur alicui forte quod etiam intelligere sit idem cum ipso secundum substantiam. Et hoc quidem est verum secundum quod intelligere dicit apud se intelligibile habere, secundum autem quod dicit intelligere in agere, tunc intelligere est super intelligibile converti et considerare, et sic non penitus est idem.

Ex omnibus autem inductis patet quod intellectus in homine tribus in genere perficitur, agente videlicet et forma agentis in possibili et eo quod intelligitur in ipso possibili intellectu, qui est locus intelligibilium et formalis intellectus. Patet etiam qualiter in omni intellectu secundum actum facto intelligitur possibilis intellectus et agens.

Cap. 6. De intellectu in effectu et qualiter intellectus possibilis in effectu efficitur

| Nunc ergo restat inquirere de eo intellectu qui intellectus in effectu VOCATUR; hic enim etiam dicitur intellectus in effectu eo quod in effectu efficitur potentia intellectus. Est autem hic intellectus qui est forma intellecta, quae est separata a rebus; hanc enim IAM diximus esse in potentia respectu intellectus agentis, et quando actu luminis eius movetur ad intellectum possibilem, efficitur intellectus in effectu. Adhuc autem et ipse possibilis est in potentia antequam haec forma efficiatur in ipso, et cum efficitur in ipso, est intellectus in effectu.

Et istae potentiae non sunt omnino unius rationis nec sunt diversarum rationum. Et quod non sint penitus diversarum rationum patet per ANTEDICTA. Quod autem non sint penitus unius modi et rationis ostenditur sic. Intelligibile enim non dicitur in potentia nisi per esse quod habet in materia, in qua ligatum est lumen agentis intelligentiae sicut lumen colorum in tenebra, et haec est potentia privationis cuiusdam. Cum autem dicitur intellectus possibilis in potentia, non est in eo ligatum lumen, sed potius ligatum est in eo quod deberet movere ipsum et distinguere, et sic intellectus eodem agente educitur ad actum de potentia quo educitur ad actum intelligibile.

Et in hoc videtur peccare ALFARABIUS et QUIDAM ALII dicentes intellectum possibilem abstrahere formas; non enim eiusdem potentiae est abstrahere et abstractas recipere quocumque modo recipiantur, sive per modum materiae sive per modum loci, sed potius agentis per se est abstrahere in cuius lumine esse est abstrahi.

St1 $\Lambda = \mathcal{Z}4S1$ $\Pi^1 = N1M1Ml1\mathcal{Z}1O4Ef5$ $\Pi^2 = V16Pr1M5$ *v1v2p* 36 *p* p. 512

1 illud] id *(ante* quod *O4) M1O4Ef5* id quod Π^2 | intelligendi] et hoc est intellectus agens et eius lumen igitur *add. O4* | lumen] lumine *St1*^{ac} igitur *add. Ef5* 2 id] ideo *St1* | maxime *post* est Π^1 *v1v2p* | in omni *om. v2p* 3 facto *ante* actum *N1M1*$\mathcal{Z}$*1 ante* secundum *Ml1* 4–5 agentis – facta] intellectus agentis facti *v2p* 8 quia *suppl. editor*] cum *v2p om. codd. v1; cf. App. II, § 2.3.2 n. 7* | lumen] id *add. v2p* 9 et – inductis *om. v2p* | lumen] lumini *St1* 10–11 sicut – perspicuo *om. v2p* 14 intelligitur] intelligit Λ Π^1 *v1v2p; cf. App. II, § 2.4.3.2 n. 1* 20 sunt idem] et idem sunt *St1* | suum] sint *St1* | in *om.* Π^1 *(-*$\mathcal{Z}$*1)* Π^2 *(-M5) v1v2p* 21 esse] Et – et *(v. 16) iter. (hom.) sed del. St1* | forte *post* videtur Λ *om. St1* | etiam] ipsum *add. v2p* 23–24 intelligibile habere] intelligere *v2p* 25 tunc *editor cum F4V11*] rem *St1* esse Λ Π *(-Ef5) v1v2p* esse prout *Ef5; cf. App. II, § 2.3.1 n. 12* 26 penitus $\mathcal{Z}$*4 v1*] *post* sic *S1* Π^1 *v2p post* idem Π^2pariter *St1* 29–30 et – possibili *om. (hom.) v2p* 29 in^2] et Λ *v1 om.* Π^2 31 etiam qualiter] igitur qualiter etiam *V16Pr1* igitur qualiter *M5* 34–35 Cap. – efficitur *om. O4* 34 6.] vii *St1* | De] qualiter *praem. N1M1Ml1*$\mathcal{Z}$*1* 34–35 in – efficitur] etc. *v1* 35 intellectus *om. v2p* | in] et *St1* | efficitur] perficitur Π^1 *(-O4) v2p* 37 hic] hoc Π^2 38–39 potentia] ponitur *(*et *praem. Ef5)* Π^1 40 iam *om.* Π^1 Π^2 *v1v2p* 42 luminis *ante* movetur Π^2 44 in *om. St1*^{1} 47 istae] i^e *N1M1O4 v1* i^e iste $\mathcal{Z}$*1* ille *v2p om. Pr1* 48–49 Et – rationum *om. (hom.)* $\mathcal{Z}$*1* Π^2 *v1* 48 sint] sunt *v2p* 49 per] secundum *St1* 50 sint] sunt *M1*$\mathcal{Z}$*1Ef5 M5 v2p* | ostenditur sic *inv. St1* 51 enim] cui et indicitur *(sic) St1* 52 ligatum est] ligatur Λ 53 colorum *St1*] oculorum *cett. codd., edd.; cf. App. II, § 2.4.3.1 n. 6* | tenebra] tenebras Π^2 55 eo] ea *v2p* 58 quo] qui *N1Ml1*$\mathcal{Z}$*1O4 v2* que *M1* Π^2 59 intelligibile] intelligibilem *S1* Π^1 *(-Ef5) V16Pr1* 60 Alfarabius] alphar- *St1 S1 N1* affar- *V16* alphor- *v2* 61–62 non – abstrahere *om.* Π^2 62 eiusdem] eque *v2p* | est *om.* Π^1 *(-O4)* | abstrahere] formas *add. Ef5 v2p* 65 esse *post* est Π^2 *v1v2p om. Ef5*

16–18 dixerunt – esse: Fort. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 123 v. 312 – p. 124 v. 315). – 18 Supra p. 35 v. 20–46. – 37–46 Cf. Alex. Aphr., De intellectu et intellecto (ed. Théry p. 76–77); Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 118 v. 113 – p. 119 v. 128). De intellectu in effectu cf. etiam Alkindi, De intellectu et intellecto (ed. Nagy p. 1); Avic., Liber VI Nat. pars 1 c. 5 (ed. Van Riet p. 97 v. 56 – p. 98 v. 64); Algazel, Metaph. pars 2 tr. 4 c. 5 (ed. Muckle p. 175 v. 15–18); Hasse, Das Lehrstück, 24–25; Anzulewicz, Entwicklung und Stellung, 211. – 40 Supra p. 36 v. 30–41. – 49 Supra p. 34 v. 47 – p. 35 v. 14, p. 36 v. 30–35. – 53 sicut – tenebra: Cf. Alb., De anima l. 2 tr. 3 c. 7. Ed. Colon. t. 7,1 p. 110 v. 1–15. – 60 Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 117 v. 84 – p. 118 v. 93). | quidam alii: Fort. Alex. Aphr., De intellectu et intellecto (ed. Théry p. 79). – 61–65 non – abstrahi: Cf. Averr., De anima l. 3 comm. 18, 20 (CCAA VI,1 p. 439 v. 58 – p. 440 v. 88, p. 451 v. 216–222).

Et sicut generans in natura, conferendo formam, dat ea quae formam consequuntur, quae praecipue sunt motus et locus, ita generans omnino formaliter in incorporalibus, dando esse sui luminis, dat consequentia illud, quae sunt motus ad intellectum possibilem et locus qui est intellectus possibilis, sicut in ANTEHABITIS dictum est. Sic ergo intelligitur de intellectu in effectu. Sicut igitur eodem agente colores omnes fiunt in effectu, et facti in effectu, faciunt in effectu perspicuum et visum, ita formae rerum uno lumine agentis fiunt in effectu, et factae in effectu, faciunt in effectu possibilem intellectum sine medio. Et sicut visus, quo fuerit clarior, eo magis percipit in colore lumen candescens, ita intellectus possibilis, quo fuerit a carne sive corpore separatior, eo magis percipit lumen intellectus agentis diffusum in forma rei intelligibilis.

Istud tamen intelligibile in LIBRO TERTIO DE ANIMA sub triplici esse differentia diximus. Est enim conceptum cum materia ⟨sensibili⟩ secundum esse et rationem et conceptum cum materia sensibili secundum esse et non secundum rationem, licet secundum rationem conceptum sit cum quantitate, et est separatum a materia sensibili et quantitate et secundum esse et secundum rationem. Et haec divisio intelligibilis est accepta secundum esse luminis intelligentiae agentis quod habet in rebus quibus dat esse et rationem. Si enim hoc accipiatur diffusum in principiis esse et substantiae tantum, diffinitionem habet secundum illud esse non concep|tam cum quantitate et qualitate sensibili, quoniam substantiae esse est ante quantitatem et qualitatem. Si autem accipiatur secundum esse quod habet immersum principiis corporis secundum quod est corpus, habebit rationem conceptam cum principiis quantitatis. Et si accipiatur ut immersum contrarietati et motui, habebit rationem conceptam cum materia sensibili.

Et sicut DIXIMUS, quia intellectus noster plus coniungitur imaginationi et sensui quam intellectui primo agenti, ideo obscurus est et ad ea quae sunt separatae penitus rationis 'habet se sicut oculus vespertilionis ad lumen solis', et ideo prius imbuendus est physicis et deinde mathematicis, ut sic confortatus lucibus multorum intelligibilium consurgat ad intellectum divinorum.

In omnibus tamen istis intelligibilibus, cum ipse fuerit in effectu quodlibet istorum, invenit seipsum et agentem per modum quem SUPRA diximus. Licet autem ex obligatione corporis sit physicis et mathematicis propinquior, tamen divinis est per naturam similior, et ideo plus sui invenit in his intelligibilibus quae divina sunt quam in his quae sunt mathematica et physica.

Adhuc autem videtur quod cum id quod est in potentia cognoscens nihil penitus cognoscat, quod intellectus, nisi in effectu efficiatur, nihil penitus cognoscat. Et ex hoc sequitur quod nihil penitus scit qui philosophiae non studet; nec enim scit se neque aliquid aliud a se, sicut oculus in potentia existens nihil penitus videt quando per nihil visibilium est in effectu. Est enim in corpore visus sicut in anima intellectus; si enim oculus per nullum visibilium sit in effectu, neque videt aliud neque videt se, neque videt se videre neque videt se non videre, quia impossibile est videre se non videre sicut impossibile videre nihil. Ita etiam, quamdiu intellectus in potentia est et nullo modo in effectu, impossibile est scire aliud a se vel scire seipsum vel etiam scire se nescire, si vere et secundum propriam rationem scire per intellectum accipiatur. Et ideo HERMES antiquissimos idiotas increpans, dicit tales nulli humanorum in vita

St1 $\Lambda = \mathcal{Z}4S1$ $\Pi^1 = N1M1Ml1\mathcal{Z}1O4Ef5$ $\Pi^2 = V16Pr1M5$ *v1v2p* 28 *p* p. 513

2 consequuntur] sequuntur *v2p* 3–4 in incorporalibus *St1 O4Ef5 V16Pr1 v1 s. v.* $\mathcal{Z}4^2$] in corporalibus $\mathcal{Z}4^1$ *N1M1Ml1Z1 M5 v2p* et in corporalibus *S1* 4–5 illud] rem illius *St1* id *v2p* 5 locus *editor cum aliquibus codicibus, ex. gr. P2Ml2 Ve6*^{2}] locum *St1* Λ Π *v1v2p; cf. App. II, § 2.3.1 n. 13* 7 ergo intelligitur *inv. v2p* 8 igitur] ergo *O4 v2p* | eodem] colore *(*ca- *M1) N1M1Ml1Z1* lumine *O4Ef5* colore *praem. v2p* 8–9 et – effectu] et *O4Ef5 om. (hom.) N1M1Ml1Z1 v2* 9 facti] fieri *St1* | effectu^2] effectum Λ *O4* 10 rerum] in *add.* Λ *om.* Π^2 11 factae] fieri *St1* | effectu^2] effectum *St1 S1* 13 magis] clarius *v2p* 14 carne … corpore *inv. v2p* | separatior] separatus *St1* separabilior *v2p* 16 forma] formam Λ *v2p* | rei *om. St1* 17 intelligibile] intelligere *S1* intelligitur *(*quod *praem. v1)* Π^1 *(-O4) v1* intelligi *O4* 18 esse] ratione *St1* | esse differentia *inv. O4 v2p* 19 sensibili *suppl. editor cum aliquibus codicibus, ex. gr. Ve5Po1, v1*] *om. St1* Λ Π *v2p; cf. App. II, § 2.3.2 n. 8* 19–20 secundum – materia *om.* Λ 22 cum] in *v2p* 23 secundum^2 *om.* Π^2 30 quantitatem … qualitatem *inv.* Π^1 Π^2 *def. S1* 32 corporis] corporum *v2p* | secundum quod] ut *St1* 33 Et *om.* Π^2 34 contrarietati *St1*] quantitati *cett. codd. v2p def. v1; cf. App. II, § 2.4.3.1 n. 7* 36 quia] quod Π^1 Π^2 *v1v2p* 37 sensui] inest sui *M1Ml1Z1* 39 penitus *iter. St1* 40 est *post* prius *Ef5 v2p om.* Π^2 | physicis] in *praem. v2p* 41 sic] sicut *St1* | lucibus] multis luminibus *v2p* 43 intelligibilibus] intelligimus Π^1 intellectibus *M5 v1* | ipse] iste Π^1 i^{c} *v1* ille *v2p* 44 quodlibet] quolibet *Ef5* Π^2 | istorum] illorum *v2p* 45 modum] illum *add. St1* 48 invenit *ante* quae *v2p* | intelligibilibus] intellectibus Π^1 *(-Ef5)* Π^2 *(-M5) v1* intellectis *Ef5* 49 sunt mathematica *inv. M5 v1v2p* 50 est] cum *St1* 50–51 in – nihil] nihil *N1* in *M1* in nihil *Ml1Z1* in potentia nihil *O4* in hoc *Ef5* 54 neque] nec *v2p* | aliquid aliud Π^1 *(-Ml1) v2p*] *inv.* Π^2 aliquid aliquod *St1* aliud aliquod $\mathcal{Z}4$ aliquod aliud *S1* aliud *Ml1 v1* 55 nihil] non Π^2 56 per *om.* Π^2 | est] sit *v2p* 57 anima] est *add. v2p* | si enim] sicut *St1* 58–59 neque – se^1 *om. (hom.) v1* | aliud – videt^1 *om. (hom.) O4* | aliud – se^1] se neque aliud *v2p* 59 neque^1 – se^1 *om. (hom.) S1 Ef5* Π^2 | videre – se^3 *om. (hom.) Ml1 v2p* | videre – non *om. (hom.) N1* 60 videre^3] neque^3 – videre^1 *(sc. v. 59–60) (bis V16Pr1) iter. (hom.)* Π^2 61 impossibile] est *add. O4 v1v2p* 62 in^1 *om.* Λ 63 aliud] aliquid *V16* aliquid aliud *M5* | scire^2 *om. v2p* 64 si vere *om. St1* | et] etiam Π^2 *v1* | propriam – per *om.* Π^2 | per] secundum Π^1 *v2p* 65 Hermes *post* idiotas Π^1 Π^2 *v1v2p* | antiquissimos] antiquissimus *St1* 66 dicit] dixit *v2p* | nulli] ulli *St1*

1–6 Et – possibilis: Cf. Alb., De nat. et orig. an. tr. 2 c. 16. Ed. Colon. t. 12 p. 43 v. 51–66; Alb., De unitate intell. pars 3 § 2. Ed. Colon. t. 17, 1 p. 29 v. 58–63; Alb., Super Matthaeum c. 6, 9. Ed. Colon. t. 21 p. 184 v. 23–26. – 1–3 generans – locus: Cf. Averr., Phys. l. 8 comm. 32 (ed. Venetiis 1562 f. 370vG); Alb., Phys. l. 8 tr. 2 c. 4. Ed. Colon. t. 4 p. 595 v. 15–19. – 6 Supra p. 35 v. 48–64. – 17 Alb., De anima l. 3 tr. 2 c. 16, tr. 3 c. 5. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 199 v. 83 – p. 201 v. 35, p. 214 v. 27–56. – 36 Supra p. 25 v. 57–61. – 38–40 ad – solis: Cf. Arist., Metaph. l. 2 c. 1 (993 b 9–10); supra p. 25 v. 59–61 cum nota. – 45 Supra p. 37 v. 8–15. – 65 Hermes: Ps. Apul., Asclepius c. 7 (ed. Moreschini p. 45 v. 17–21). Cf. Alb., De animal. l. 22 tr. 1 c. 5 (ed. Stadler p. 1353 v. 25–29).

operam dedisse, sed more pecorum vitam expendisse. Est autem huius exemplum etiam in perspicuo, cui in multis similis est intellectus possibilis; huius enim nulla manifestatio est quamdiu est in potentia, sed cum est in effectu et actu esse perspicuum, manifestatur tunc per hoc quod manifestatur id quod videtur in ipso.

Et haec ratio convincit quod homo numquam invenit seipsum nisi in contemplatione veritatis rerum, sed haec SEQUENTIA declarabunt melius.

Cap. 7. De intellectu principiorum et instrumentorum per quae intellectus possibilis efficitur in effectu

Oportet autem nos prius ostendere quod in omni intellectu qui est in effectu primo accipitur intellectus principiorum, quae, sicut in PRIORI ISTIUS SCIENTIAE LIBRO ostendimus, scimus 'inquantum terminos noscimus'. Principiorum igitur est acceptio prima et instrumentorum. Instrumenta autem voco quibus scientia rerum de ipsis educitur principiis, et isti sunt modi argumentationum. Propter quod egregie dixit ARISTOTELES quod modum scientiarum oportet praescire ante ipsas scientias, quia non | potest esse quod scientia rerum accipiatur nisi prius sciatur modus ipsius; vocat enim modum illum quo id quod est in virtute principiorum educitur de ipsis; et tunc per illa duo, videlicet principia prima et scitum modum, possibilis intellectus aptissime ponitur in effectum secundum omne illud ad quod est possibilis.

Fuerunt autem QUIDAM ANTE NOS DE ARABUM PHILOSOPHIS qui hunc intellectum principiorum et modorum diviserunt in duo, dicentes principia philosophiae theoricae essentialis esse apud nos et innata nobis et non accipi illa per doctrinam, rhetoricorum autem et moralium infieri nobis per longam experientiam, sicut dicimus homines senes prudentiae longam operam dantes esse intelligentes, ita quod consilium datum ab ipsis recipitur sine exigentia probationis tamquam sit per se notum. Et hoc fit etiam in rhetoricis et civilibus, et hunc intellectum non habent iuvenes passionum insecutores. In disciplinalibus autem meliorem intellectum videntur plerumque habere iuvenes quam senes.

Similiter autem dicunt de modis argumentationum, quoniam est modus argumentationis imperfectae, et hac omnes utuntur homines – omnis enim qui persuadere nititur necesse est quod modo argumentationis utatur –, et hic modus praecipue est in rhetoricis et civilibus. Est autem modus argumentationis perfectae, quo utuntur philosophi. Primum autem dicunt innasci experientia et tempore potius quam studio. Sic igitur diversificant hunc intellectum qui principiorum vocatur intellectus, per quem intellectus in potentia sicut per quaedam instrumenta efficitur intellectus in effectu.

Et ego commendo istam distinctionem, quia rhetorica et civilia non habent propositiones primas et per se notas per quas sufficienter accipiantur, et ideo dicit ARISTOTELES quod in talibus conclusio opus est, eo quod 'finis practicae' intelligentiae 'est opus'.

Et quod QUIDAM LATINORUM dicunt de scientia docente et de scientia utente locum non habet hic, quia

St1 $\Lambda = \mathcal{Z}4S1$ $\Pi^1 = N1M1Ml1\mathcal{Z}1O4Ef5$ $\Pi^2 = V16Pr1M5$ *v1v2p* 22 *p* p. 514

1 pecorum] porcorum *v2p* 2 huius] hi' *St1 N1Z1 V16M5* | etiam *ante* exemplum *St1* et Π^1 *(-N1)* Π^2 *v2p om. N1 v1* 3 huius] hi' *St1 N1 v1* huiusmodi *S1* 4 manifestatio est *inv. St1* | sed] sicut Λ 5 esse – tunc] rem manifestatur esse perspicuum et *St1* 7 convincit] convenit *St1* Π^2 8 in *om. v2p* 9 melius] magis *v2p* 10–12 Cap. – effectu *post* sensibili *(supra p. 38 v. 35) v1 om. O4* 10 7.] viii *St1* 14 est *post* effectu *v2p* 15 quae] accipiuntur *add. v2p* | sicut] sint *N1M1* sunt *Ml1Z1* | scientiae] sunt *St1* 19 de] ab *St1*[1] | isti] ista *N1Ml1Z1O4 v1v2p* ist *(sic) M1* 21 scientiarum *om. St1* 23 nisi prius] nisi *(*non *V16) V16Pr1* prius nisi *V16Pr1* | vocat] notat *St1* 24 illum *om.* Λ 25 educitur] reducitur *St1* | videlicet] potentia *add. V16Pr1* | videlicet principia *inv. St1* 25–26 principia prima *inv.* Π^2 26–28 intellectus – possibilis *om. (hom.)* $\mathcal{Z}4^1$ *in marg. corr.* $\mathcal{Z}4^2$ 27 effectum] effectu *O4 v1v2* | omne] utrum *St1*[ac] | illud] id *Ml1 v2p* | ad quod *St1 S1 in marg.* $\mathcal{Z}4^2$] quod *cett. codd. (-Ef5), edd.* quo *Ef5 (def.* $\mathcal{Z}4^1$*)* 28 possibilis] possibile *M5* 29 Fuerunt] feruntur *St1* | Arabum] artificialium *St1* 30 hunc *om.* Π^1 *v1v2p* | et modorum *om. v2p* 31–32 philosophiae – essentialis] essentialis philosophie theorice *St1* 32 essentialis] essentiales *v2p* | et[1] – nobis *om. v2p* 33 illa] ita *v2p* 34 infieri] in feine *ex corr. dub. St1* 37 tamquam] numquam *St1* 38 Et *om. v2p* | hoc fit] hac sit *St1* | et[2] *om.* Π^1 *v2p* 39 passionum] passionem *N1M1Ml1Z1* 40 disciplinalibus] disciplinaribus Π^1 *v2* disciplinabilibus *v1* disciplinan[bus] *dub. M5* | autem *om. v1v2p* 41 plerumque] plus in que *V16Pr1* plus utique *M5* | habere iuvenes *inv.* Π^1 Π^2 *v1v2p* 43 quoniam] q$\overline{\text{uo}}$ *St1 M1* quo *S1*] 44 hac] hoc *Ef5 V16Pr1 dub.* $\mathcal{Z}4$ *M5* | enim *om. v2p* 46 et[2]] in *add.* Λ *om. v2p* 48 autem *om. v2p* | innasci] in vasa *St1* 50 diversificant hunc] diversificatum habent *(*habet *M5)* Π^2 | principiorum] principium *(post* vocatur *M5)* Π^2 52 quaedam *om. v2p* 53 Et *om. v2p* 54 et[2] *om. v2p* 55 dicit] dixit *S1* Π^2 57 practicae] supradicte *St1* | intelligentiae] scientie *v2p* | est opus *inv.* Π^1 *v1v2p def. N1* 58 dicunt] quod *add. v2p*

9 Infra p. 40 v. 23 – p. 41 v. 12. – 15–16 Supra p. 27 v. 19–22 cum nota. – 16–17 Cf. Arist., Anal. Post. l. 1 c. 3 (72 b 23–25); transl. Iacobi: Arist. Lat. IV,1–4 p. 10 v. 19–21. – 18 Instrumenta: Cf. Averr., De anima l. 3 comm. 36 (CCAA VI,1 p. 496 v. 505 – p. 498 v. 536), qui tamen non modos argumentationum, sed ipsa principia instrumenta vocat. Cf. etiam Alb., De anima l. 3 tr. 3 c. 2. Ed. Colon. t. 7,1 p. 211 v. 2–14; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 398 v. 59–62. – 20–21 Arist., Metaph. l. 2 c. 3 (995 a 12–14); cf. Alb., Metaph. l. 2 c. 13. Ed. Colon. t. 16 p. 104 v. 3–28. – 29–52 quidam – effectu: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 116 v. 39 – p. 117 v. 74). – 55–56 dicit – est: Arist., Eth. Nic. l. 7 c. 5 (1147 a 25–31); cf. Alb., Super Ethica l. 7 lect. 3. Ed. Colon. t. 14 p. 535 v. 48–59; Alb., Ethica l. 7 tr. 1 c. 5 (Ed. Paris. t. 7 p. 474b); Alb., Summa I tr. 1 q. 5 c. 1. Ed. Colon. t. 34,1 p. 16 v. 38–44. – 57 Arist., Metaph. l. 2 c. 1 (993 b 20–21); transl. Iacobi: Arist. Lat. XXV,1–1[a] p. 37 v. 1–2; transl. Anon.: Arist. Lat. XXV,2 p. 37 v. 1; cf. Alb., Metaph. l. 2 c. 4. Ed. Colon. t. 16 p. 94 v. 53–57. – 58 quidam Latinorum: Inter alios ipse Albertus. De distinctione inter scientiam moralem docentem et scientiam moralem utentem apud commentatores latinos cf. Wieland, Ethica docens; de positione Alberti cf. Müller, Natürliche Moral, 268–285; Alb., Super Ethica prol. Ed. Colon. t. 14 p. 2 v. 20–23, p. 4 v. 16–22, 37–43; Alb., Ethica l. 1 tr. 1 c. 2, c. 4 (Ed. Paris. t. 7 p. 4a–5b, p. 11b–12b; ed. Müller p. 331 v. 5 – p. 334 v. 3, p. 347 v. 11 – p. 349 v. 14).

scientia docens semper est demonstrativa, et ex tali scientia rhetores et civiles non veniunt ad hoc quod in effectu sciant gubernare iudicia et regere civilia; propter quod etiam intellectus talis virtus est ethica 'experimento indigens et tempore', sicut et aliae virtutes civiles quae per eundem modum accipiuntur.

Haec igitur de intellectu qui in effectu dicitur esse dicta sint a nobis. Per ANTECEDENTIA enim iam manifestatum est qualiter forma rei per hoc quod est in intellectu possibili efficitur in effectu intellectus, et qualiter differt ab eo intellectu qui dicitur in actu; ille enim qui semper est in actu agens vocatur intellectus.

Cap. 8. De intellectu adepto qualiter in eo anima perficitur et invenit seipsam

Iam autem relinquitur ut de intellectu adepto per studium disseramus qualiter et ipse est de hominis perfectione. Hoc autem congruentius fit si ipsam perspiciamus nominis rationem. Sicut igitur in PRIORI ISTIUS SCIENTIAE LIBRO diximus, adeptus est qui acquiritur per studium. Adeptus igitur intellectus est quando per studium aliquis verum et proprium suum adipiscitur intellectum quasi totius laboris utilitatem et fructum.

Hoc autem qualiter fiat sic est acci|piendum. Sicut enim IAM ANTE diximus, id quod est in potentia non manifestatur neque acquiritur nisi per actum suum proprium et per id quod in effectu efficitur, et in parte quidem accipitur quando accipitur quod partem potentialitatis eius ponit in effectu, et plus et plus accipitur quando plus et plus per multa ponitur in effectu, et totum autem accipitur quando per omnia ad quae est in potentia positum fuerit in effectu.

Diximus autem in PRAEHABITIS quod intellectus possibilis, unus et indivisus secundum substantiam existens, potentia est omnia intelligibilia; non ergo accipitur nisi per hoc quod efficitur ipsa intelligibilia in effectu, et totus adeptus est et acceptus quando in effectu positus est omnium intelligibilium quae ipse est in potentia, et sic adipiscitur homo suum proprium intellectum. Et ideo dixit PLATO quod verissima philosophiae diffinitio est 'sui ipsius cognitio'. Et dixit ALFARABIUS quod anima posita est in corpore ut seipsam inveniat et cognoscat, et hoc DICITUR Aristoteles dixisse, sed ubi dixerit ad me non pervenit.

Demonstratio autem dicti vera est quae NUNC est inducta. Causa autem huius est quod prima imago lucis primae causae quae coniuncta est continuo et tempori est intellectus humanus; et ideo necesse est quod sit similitudo quaedam omnium quae fiunt per lumen primae causae et ambiens omnia illa et sit quorundam receptaculum per hoc quod est imago causae primae et quorundam secundum quod est cum continuo et tempore et in utrisque adipiscatur seipsam.

Hinc etiam patet quare omne verum consentaneum est intellectui et falsum intellectui contrarium. Est enim mens humana ratio et similitudo quaedam veritatis

St1 $\Lambda = Z4S1$ $\Pi^1 = N1M1Ml1Z1O4Ef5$ $\Pi^2 = V16Pr1M5$ *v1v2p* 23 *p* p. 515

2 veniunt] veniant *N1M1Ml1Z1* 3 iudicia] videtur *V16Pr1* iugi^{tur} *dub. M5* 4 est *om.* Λ | ethica] rethorica *St1* 5 tempore] ipse Π^1 *v1v2p* 6 quae] quem Π^1 *(-Ef5)* 7 Haec] hic *St1* | igitur] ergo *M1 v2p* | dicitur esse *inv. St1* 8 sint] sunt Λ *Ef5* Π^2 sit *M1* | antecedentia] amministrantia *St1* 8–9 manifestatum] manifestum *V16M5 v2p* 9 quod] est *St1* 11 eo] in *add. v2p* 13–14 Cap. – seipsam *ante* Oportet *(supra p. 39 v. 13) v1 om. O4* 13 8.] ix *St1* 14 seipsam] se ipsum *N1M1Ml1Z1 v2p* 18 rationem] ratione *N1Ml1Z1Ef5 dub. M1* | scientiae] sententie *St1* 20 est *post* adeptus Λ | aliquis *post* quando Λ 21 intellectum] intellectu *(*in *praem. Ef5)* Π^1 *(-O4)* 21–22 quasi totius] quantocius *V16Pr1* quanto citius *M5* 22 fructum] fruetur Π^2 23 fiat sic] fiat *V16Pr1 om. M5* 25 neque] nec *S1 v2p* 26 et^2 *om.* Π^1 *v1v2p* 27 accipitur^1 – partem *om. N1* | quando – quod *St1 Pr1M5*] quando Λ *V16 v1* quod Π^1 *(-O4; def. N1) v2p* quid *O4; cf. App. II, § 2.4.3.2 n. 2* 27–29 accipitur^2 – quando *om. (hom.) V16* 27 partem] pariter *St1* per *praem. Pr1M5* 27–28 potentialitatis] potentia locatis *St1* potestatis *Pr1M5* possibilitatis *v2p* 29–30 et^2 – autem] totum autem Π^2 *v1 (an recte?); cf. App. II, § 2.3.3 n. 4* 30 autem *om. O4* | est *post* potentia *v2p* 31 positum] ponitur *N1M1Ml1Z1* positus Π^2 *v1* penitus *v2p om. O4* 32 praehabitis] phisicis *St1 v2p* phīc *S1* ph'is Π^2 33 substantiam] potentiam *v2p* 34 intelligibilia] intelligentia Π^2 35 efficitur] efficiuntur Π^1 *v2p* 36 est *om. v2p* 37 intelligibilium] intellectuum Π^2 39 diffinitio] distinctio Π^1 *(-O4)* 40 dixit *om.* Π^2 | Alfarabius] alphar- *St1 S1 N1O4* alphor- *v2p* 42 dixerit *St1 Z4*] dixerunt *S1* dixit Π^1 Π^2 *v2p* dic *(sic) v1* 45 huius] hi' *St1 N1Z1* huiusmodi *p* 46 continuo] centro Π^1 49 sit *St1 Ef5 v1*] fit *N1Ml1O4* Π^2 *v2p* ut *M1* sic *Z1 dub.* Λ 50 causae primae *inv. S1 Ml1 Pr1M5* 51 cum *om. S1 V16Pr1* 52 seipsam] se ipsum *O4 v1* 53 patet *om. v2p* | quare *St1*] quod Λ *M1* Π^2 *v1v2p* quia *N1Ml1Z1O4Ef5; cf. App. II, § 2.4.3.1 n. 8* 54 est^1 *ante* consentaneum *v1 om.* Π^1 *(-Ef5)* | intellectui^1] intellectuum Π^2 | intellectui^2] intellectus *St1 om. v2p*

4–5 Cf. Arist., Eth. Nic. l. 2 c. 1 (1103 a 15–17); transl. vetus: Arist. Lat. XXVI,1–3,2 p. 5 v. 5–7; transl. Gross.: Arist. Lat. XXVI,1–3,3 p. 163 v. 6–7; Alb., Super Ethica l. 2 lect. 1. Ed. Colon. t. 14 p. 89 v. 64–72; Alb., Ethica l. 2 tr. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 7 p. 149a–151a). – 8 Supra p. 37 v. 36 – p. 38 v. 16. – 11–12 ille – intellectus: Cf. Alk., De intellectu et intellecto (ed. Nagy p. 1 v. 12–14, p. 7 v. 10–12); Avic., Liber VI Nat. pars 1 c. 5 (ed. Van Riet p. 99 v. 70–71); Hasse, Das Lehrstück, 25; Anzulewicz, Entwicklung und Stellung, 211. – 18–19 Supra p. 27 v. 22–24 cum nota. – 24 Supra p. 37 v. 37 – p. 39 v. 6. – 26–31 et – effectu: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 119 v. 153–161); Averr., De anima l. 3 comm. 36 (CCAA VI,1 p. 500 v. 599–606). – 32 Supra p. 34 v. 29–36. – 38 sic – intellectum: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 119 v. 161 – p. 120 v. 173, p. 123 v. 312 – p. 124 v. 314). – 39 Plato: Immo: Isaac Isr., De diff. (ed. Muckle p. 306 v. 1–2). Cf. Alb., Ethica l. 1 tr. 1 c. 3 (Ed. Paris. t. 7 p. 6b; ed. Müller p. 336 v. 4–5): 'Et ideo dixit Plato, sicut recitat Isaac in Libro de diffinitionibus, quod «prima philosophiae diffinitio est sui ipsius cognitio»'; Alb., Politica l. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 8 p. 6a). De origine huius definitionis cf. Hein, Definition und Einteilung, 105–114. – 40 Fort. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 123 v. 304 – p. 124 v. 325). Cf. Alb., De unitate intell. pars 1. Ed. Colon. t. 17, 1 p. 7 v. 35–39 cum nota 32; Alb., Summa II tr. 13 q. 77 m. 3 (Ed. Paris. t. 33 p. 78a). Alibi Albertus ad Avicennam refert; cf. Alb., Super Dion. De div. nom. c. 6. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 333 v. 71–73 cum nota. De fontibus huius doctrinae et eius receptione apud Latinos cf. etiam Thom. de Aq., Sentencia libri De anima, Prolegomena. Ed. Leon. t. 45, 1 p. 195*–196*; Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 410 v. 38–41 cum nota. – 42 dicitur – dixisse: Cf. ex. gr. Rol. Crem., Summa l. 1 q. 80 n. 5 (ed. Cortesi / Midali p. 144): 'Sed sanior oppinio est, et ecclesiastica, quod *anima creatur sine scientia et virtutibus*; et ob hoc ponitur in corpore *(*et ob – corpore *delendum videtur)*; et ad hoc ponitur a Deo in corpore ut sanctificetur virtutibus et scientiis. Et in hac oppinione fuit Aristoteles'; Thom. de Aq., Scriptum super libr. Sent. l. 2 d. 23 q. 2 a. 2 arg. 4 (ed. Mandonnet p. 575). – 44 Supra v. 32–38.

primae, quae est semen quoddam omnis veritatis, et ideo similis est per aliquem modum omni vero et dissonans a falso. Et haec est etiam causa quod intellectus semper est verorum, deceptio autem et falsitas ingeruntur ex parte phantasticae virtutis. Scitur etiam ex hoc quod contemplatio verorum admirabilium est summae delectationis et naturalissimum, et quod in ea tota refloret natura hominis in quantum est homo, et praecipue in contemplatione divinorum, eo quod secundum PRAEDICTA in illis maxime intellectus invenit se secundum naturam suam propriam, eo quod homo in quantum homo solus est intellectus.

Hoc autem quod DIXIMUS in vero est etiam in bono. Est enim imago primi boni per id quod est imago primi veri. Et ideo verum bonum, quod est semper et ubique bonum et omni naturae bonum, est sibi connaturale bonum, et huic condelectatur et gaudet ad ipsum, licet retrahatur a bono ut nunc per hoc quod tempori et continuo est coniunctus. Ex hoc tamen quod separatus est et nullius corporis actus, solus connaturale sibi habet et verum simpliciter et bonum simpliciter, et solus habet delectationes non habentes contrarium in conceptione boni et veri.

Quaeret autem fortassis aliquis, si intellectus possibilis in effectu efficitur per formam intelligibilem, et quod est in effectu non est in potentia, qualiter in effectu existens ad unum, remanet secundum eundem intellectum in potentia ad alterum intelligibile.

Sed ad hoc et huiusmodi omnia iam patet solutio per antedicta, quoniam DIXIMUS quod oppositio et disparatio et diversitas et huiusmodi non consequuntur formas nisi per hoc quod sunt in materia; sed secundum quod sunt in lumine agentis, simplices sunt et indivisibiles et unitae, eo quod sunt unum et idem in causa prima; et ideo in lumine suo sunt unitae sibi invicem non cedentes nec se invicem excludentes, et praecipue quia non sunt in | intellectu sicut in materia vel subiecto proprie loquendo.

Ex his igitur patet qualiter per studium intellectus adipiscitur seipsum. Et ex hoc patet verus intellectus eius quod in SEPTIMO PHYSICORUM diximus, quod intellectus accipiens scientiam et virtutem non est alteratus sed perfectus.

Cap. 9. De intellectu assimilativo et qualiter anima perficitur illo

Dicamus autem nunc de intellectu quem ANTIQUISSIMI PHILOSOPHORUM assimilativum sive assimilantem vocaverunt et in hoc etiam animae perfectionem declaremus. Hic autem oritur ex OMNIBUS INTELLECTIBUS INDUCTIS. Est autem intellectus assimilativus in quo homo, quantum possibile sive fas est, proportionaliter assurgit ad intellectum divinum, qui est lumen et causa omnium. Fit autem hoc cum, per omnia in effectu factus, intellectus perfecte adeptus est seipsum et lumen agentis, et ex omnium luminibus et notitia sui extendit se in luminibus intelligentiarum, ascendens gradatim ad intellectum simplicem divinum; devenit ergo ex lumine sui et agentis in lumen intelligentiae, et ex illo extendit se in intellectum dei.

Hoc autem qualiter fiat sic est intelligendum. Oportet enim scire quod lumen causae primae generaliter loquendo sui quattuor habet manifestationes enarrabiles per nomen et diffinitionem.

Unus autem ⟨modus⟩ inferior est quo manifestatur in formis rerum terminatum ad terminos essentiales uniuscuiusque rei.

Secundus est quo manifestatur in imagine sua quae est intellectus possibilis, qui potentia est omnia illa quae esse abstractionis vel potius separatum esse habent in lumine.

St1 *Λ* = *Ƶ4S1* *Π*^{1} = *N1M1Ml1Ƶ1O4Ef5* *Π*^{2} = *V16Pr1M5* *v1v2p* 36 *p* p. 516

1 semen] suum *St1* 2 est *om. v2p* | omni] cum *St1* 3 est etiam *St1 S1*] *inv. Ƶ4* est *cett. codd. (-N1), edd. om. N1* 4 est *post* verorum *v2p om. Ƶ4* 5 ex^1 parte *om.* *Π*^{1} *v2p* | phantasticae] fantasie *(-cie M5)* *Π*^{2} | virtutis] virtuti *O4Ef5 v2p* | etiam] autem *Π*^{1} *v1v2p* 7 delectationis] dilectionis *N1 v1v2* | naturalissimum] naturalissima *St1 v1* | et^2] est *Π*^{2} 7–8 refloret] refloreat *St1* 9 in *om. v2p* 11 suam *om. v2p* 12 est intellectus *inv.* *Π*^{2} 13 quod] modo quo *v2p* | etiam] et *Π*^{1} *v1v2p* 14 id] idem *St1* *Π*^{1} *(-Ef5) v2p def. Ƶ4 v1* 15 verum bonum] vero bono *St1* | semper] sique *(sic) St1* 16 sibi] igitur *Π*^{2} 17 condelectatur] delectatur *v2p* 18 ut nunc] nomine *St1* 18–19 tempori … continuo *inv. v2p* 19 Ex] et *praem. v2p* 20 est *om. St1 Ƶ1* | et *om. v2p* | connaturale] connaturalis *Π*^{2} | sibi *om. v2p* 22 conceptione] corruptione *Π*^{1} *v2p* 24 Quaeret] quereret *v2p* | fortassis] fortasse *v1v2p* 28 alterum intelligibile *inv. St1* | intelligibile] intellectum *(ante* in *M5)* *Π*^{2} *def. M1* 30 quoniam] qūo *St1 S1 Pr1* | oppositio] opō *Ƶ4* operatio *S1* 32 sed *om.* *Λ* 33 et^1 *om. v2p* 37 subiecto] subiecte *St1* 38 igitur *om.* *Π*^{2} 39 adipiscitur] adipiscatur *Λ* 40 septimo *St1 Pr1M5 v1p ex* viii *corr. dub. V16*] vi^{o} *(*6; 7 *praem. sed del. S1)* *Λ* v *(*v^{o}/5/quinto*)* *Π*^{1} *v2; cf. App. II, § 2.4.3.2 n. 3* 41 virtutem] veritatem *M1 v2p* 42 sed] et *v2p* 43–44 Cap. – illo *om. O4* 43 9.] x *St1* | assimilativo] assimilato *(*asimil-, assimul-*) S1* *Π*^{2} *v1* 44 perficitur] in *add. Ef5 v2p* 46–47 vocaverunt] vocantur *N1Ml1Ƶ1* vocatur *M1* vocabant *O4Ef5* vocant *v2p* 47 declaremus] declaramus *St1* decl'an' *(sic) M5* 48 autem] enim *St1* | intellectibus] intelligibilibus *V16 comp. inc. (*intell'i^{bus}*) Pr1M5* | inductis *om.* *Λ* 49 homo] in *add. Ƶ4 Ef5* *Π*^{2} 50 proportionaliter assurgit] proportionabiliter surgit *v2p* 51 causa] cum *St1* | Fit autem] sit aut *St1* 52 effectu] effectum *St1 S1 v1* | factus] formis *St1* fons *V16Pr1 dub. M5* 54 notitia] nociva *St1* 55 simplicem] simpliciter *St1* 57 illo] hoc *Λ* | in] ad *Π*^{1} *Π*^{2} *v1v2p* 58 qualiter] quomodo *v2p* 60 enarrabiles] narrabile *v2p* 62 modus *suppl. editor cum Ef5 s. v. O4*^{2} *(ante* autem*)*] *om. cett. codd., edd.; cf. App. II, § 2.3.2 n. 9* 62–63 in formis] inferioris *Π*^{1} *(-O4)* inferiorum *O4 v2p* 63 terminatum] terminatus *Λ* 65 quae] qui *Π*^{1} *Π*^{2} *v1* 66 possibilis] potentialis *v2p* | qui] quae *v2p* | esse *om. v2p* 67 habent *post* lumine *St1* habet *Λ M1*

10 Supra p. 38 v. 43–49. – 11–12 homo – intellectus: Cf. Arist., Eth. Nic. l. 10 c. 7 (1178 a 6–7); supra p. 2 v. 20–22 cum nota. – 13 Supra p. 40 v. 53 – p. 41 v. 12. – 30 Supra p. 29 v. 24–34. – 40 Alb., Phys. l. 7 tr. 1 c. 8–9. Ed. Colon. t. 4 p. 531 v. 82 – p. 535 v. 64; cf. Arist., Phys. l. 7 c. 3 (246 b 27–30, 247 a 20–30, b 20–30, 248 a 26–28, b 26–28). – 45–46 antiquissimi philosophorum: Fort. Themistius. Cf. Sturlese, Intelletto acquisito e divino, 178; Averr., De anima l. 3 comm. 36 (CCAA VI,1 p. 501 v. 617–619). – 48 Sc. in c. 3–8; supra p. 31 v. 50 – p. 41 v. 42.

Tertius autem est quo manifestatur in lumine agentis universaliter in ordine minoris mundi. Illi enim coniungitur non sicut lumen tenebrae vel privationi vel potentiae, sed potius sicut lumen lumini inferioris ordinis, et secundum quod plus coniungitur et limpidius, efficitur agens limpidior et luculentior et formalius abstrahens et limpidius ea ponens in intellectum possibilem. Et haec est irradiatio de qua multum locuti sunt PHILOSOPHI, et ordinaverunt propter illam supplicationes et orationes.

Quartus autem modus manifestationis est quo manifestatur in applicatione luminis sui intelligentiis moventibus orbes, licet e converso melius dicatur, quia lumen inferius secundum DICTA PHILOSOPHORUM applicatur superiori, superius autem non applicatur inferiori, eo quod simplex est et uno modo se habet ad subiecta, subiecta autem non uno modo se habent ad ipsum; unde applicatio, quae plus et minus fit, potius inferioris et non superioris est. Quod enim intelligentiae lumini suo applicentur patet per motum quem faciunt, quia nullatenus moverent orbes nisi tales fierent ad lumen primae causae applicationes; hoc autem longum esset hic demonstrare, sed a PRIMA PHILOSOPHIA hoc hic supponatur.

Hic tamen intellectus intelligentiae universaliter activus est et agit omnes formas sui ordinis in materiam suae sphaerae subiectam. Intellectus autem agens in anima et in suo ordine est universaliter agens, sicut IAM ANTE | determinatum est, sed possibilis activus non est, sed factus in effectu per agentem, ille autem qui est in rebus non est nisi actus et non agens secundum esse intellectualitatis.

Anima igitur humana, concipiendo lumen cui applicatur intellectus agens in ipso illustratus, applicatur lumini intelligentiarum et amplius clarescit in illo. Et sicut dicit ALFARABIUS, in ipso efficitur sicut stellae caeli, et intellectus quidem, huic lumini beate et pure permixtus, peritissimus efficitur astrorum et prognosticationum quae sunt in astris. Et ideo dicit PTOLEMAEUS quod scientia astrorum facit hominem pulchritudinem caelestem amare. In illo autem lumine confortatus, consurgit intellectus in lumen divinum, quod nomen non habet et inenarrabile est, quia proprio nomine non innotescit, sed ut recipitur innotescit. Et primum in quo recipitur est intelligentia, quae est primum causatum. Et cum enarratur, nomine illius enarratur, non nomine proprio, sed nomine sui causati. Et ideo dixit HERMES deum deorum non proprie percipi nomine proprio, sed vix mente attingi ab his qui a corpore per longum studium separantur. Iungitur igitur illi ultimo et lumini suo, et mixtus illi lumini aliquid participat divinitatis. Propter quod AVICENNA dicit quod aliquando illi lumini beate permixtus intellectus futura praeordinat et praedicit et quasi deus quidam esse perhibetur. Iste igitur est intellectus assimilativus.

St1 $\Lambda = \mathcal{Z}4S1$ $\Pi^1 = N1M1Ml1\mathcal{Z}1O4Ef5$ $\Pi^2 = V16Pr1M5$ *v1v2p* 27 *p* p. 517

1 Tertius] tertium Π^2 3–4 tenebrae – lumen *om. (hom.)* Π^2 5 plus] potius Π^2 5–7 efficitur – limpidius *om. (hom.) v2p* 7 in *om. St1* 11 manifestationis] supplicationis *(*simpl- *M1; ante* modus *Ml1)* Π^1 *(-O4)* manifestus Π^2 12 applicatione] ampliatione *v2p* | sui] in *add.* Π^1 *(-Ml1)* 13 licet] ergo *add. N1Ml1O4 dub. M1* 16 simplex est *inv. v2p* 16–17 subiecta[1] – ad *om. (hom.) v2p* 18 inferioris] fit *praem. Z4 add. S1* 18–19 inferioris … superioris] inferiorum … superiorum *v2p* 18 et[2] *om.* Π^1 19 est Π^1 Π^2 *v2p*] *ante* inferioris *v1 om. cett. codd.* | intelligentiae] intellectus Π^1 *(-O4) v1v2p* 20 motum] modum *St1*^{ac} *M1* 21 moverent orbes] invenerunt *(in lac.?)* cibos *St1* | nisi] ut *N1M1Ml1Z1* ut *add. Ef5* | lumen *post* causae *St1* 22 applicationes] applicationem *St1* | esset] est *v2p* 24 intelligentiae] intelligitur Π^1 intelligentiarum *v2p* 25 in] et Λ Π^2 26 anima] animam *St1 v2p* | et] etiam *St1* 27 est *post* agens *St1* | ante *post* est *St1* 28–29 sed[2] – est *om. (hom.)* Π^2 31 Anima … humana … lumen] animam … humano … lumini *St1* | cui] qui *N1M1Ml1Z1* quo *O4* 32 ipso *editor cum Ef5*] ipsa *cett. codd., edd.; cf. App. II, § 2.3.1 n. 14* | illustratus] illustratur *St1 M1*[1] illustrans *S1 v1* 32–33 lumini] lumen Π^1 *(-Ef5) v2p* 33 clarescit] clare scit Π^2 35 quidem *om. v2p* | beate *Z4 M1Ml1Z1Ef5 v1v2p*] b'e *N1* bē *O4* bene *St1* vere Π^2 *lac. S1* 36 efficitur *om.* Π^2 | prognosticationum] prognosticationem *M1* Π^2 37 Ptolemaeus] prob' *St1* 40 nomen] natura Π^2 43 causatum] tantum *St1* | cum] tamen *N1M1Z1* 44 enarratur] et *add.* Π^1 Π^2 *v1v2p* 47 a corpore] accipere *St1* 48 igitur] quoque *St1* | lumini[2]] bene *St1* 49 divinitatis *Ml1 V16Pr1 v1v2p*] dīt-/d'it- *St1 N1M1O4Ef5 M5* claritatis Λ deitatis *Z1* | Avicenna dicit *inv.* Π^1 *v1v2p* 50 illi] illo *St1* | beate *Ml1Ef5 (ante* aliquando *Ml1)*] bē *Z4 O4 V16* b'e *N1M1Z1* bene *St1 S1 Pr1 v1* vere *M5 v2p* 51 praedicit] predicat Π^2 | quidam] quidem *O4 v2p* quid' *V16* 52 igitur] ergo *St1 M1* | assimilativus] assimilatus Π^1 *v2*

8–9 philosophi: De irradiationibus intelligentiarum super animam humanam cf. ex. gr. Liber de causis § 4 – § (5) (ed. Pattin p. 144 v. 82 – p. 146 v. 13); Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 121 v. 233 – p. 122 v. 266); Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 5, c. 6 (ed. Van Riet p. 126 v. 29 – p. 128 v. 63, p. 153 v. 10–15); Algazel, Metaph. pars 2 tr. 5 (ed. Muckle p. 184 v. 17–33, p. 189 v. 5–20); Isaac Isr., De diff. (ed. Muckle p. 304 v. 14–25). Cf. etiam Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 22, c. 23, tr. 2 c. 23. Ed. Colon. t. 17,2 p. 87 v. 42–47, p. 88 v. 43 – p. 89 v. 25, p. 117 v. 1–22. – 9–10 et[1] – orationes: Non inveni. – 14 dicta philosophorum: Cf. Alb., Ethica l. 6 tr. 2 c. 18 (Ed. Paris. t. 7 p. 432b); Alb., Metaph. l. 11 tr. 2 c. 32. Ed. Colon. t. 16 p. 524 v. 23–35; Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 2 c. 35. Ed. Colon. t. 17,2 p. 128 v. 58–69; Alb., Probl. determ. q. 2. Ed. Colon. t. 17,1 p. 50 v. 9–23. – 23 Fort. Alb., Metaph. l. 11 tr. 2 c. 32. Ed. Colon. t. 16 p. 524 v. 16–84. – 27 Supra p. 32 v. 16 – p. 33 v. 3. – 34 Fort. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 121 v. 224–232). – 37 Ptolem., Almag. dict. 1 c. 1; transl. Gerardi Cremonensis: ed. Venetiis 1515 f. 2r (Ptolem., Syntaxis mathematica l. 1 c. 1 [ed. Heiberg p. 7 v. 21–22]); cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 466 v. 55–67. – 40–45 quod – causati: Cf. Liber de causis § 5 (6), § 21 (22) (ed. Pattin p. 147 v. 22 – p. 149 v. 64, p. 181 v. 68–69, p. 182 v. 87 – p. 183 v. 89). – 40–41 inenarrabile est: cf. Hil., De trin. l. 2 c. 7 (CCL 62 p. 44 v. 18–21). – 43 quae – causatum: Cf. Liber de causis § 15 (16), § 22 (23) (ed. Pattin p. 168 v. 75–76, p. 169 v. 83–84, p. 170 v. 93–94, p. 171 v. 11–12, p. 183 v. 97). – 45 Hermes: Immo: Apul., De deo Socratis c. 3 (ed. Moreschini p. 11 v. 4–12); vide infra p. 44 v. 26–37 cum nota. Sed. cf. Alb., Summa I tr. 6 q. 29 c. 1. Ed. Colon. t. 34,1 p. 217 v. 24–26: '(…) deus est, de quo Plato et Trismegistus dicunt, quod vix mente attingitur ab homine, cum maxime a carne avertitur (…)'. | deum deorum: Cf. Alb., De causis propr. elem. l. 1 tr. 2 c. 13. Ed. Colon. t. 5,2 p. 86 v. 18–21: 'Hoc autem et Plato intellexisse videtur, ubi dicit deum deorum sementem universi esse fecisse (…)'; Alb., Meteora l. 3 tr. 3 c. 22. Ed. Colon. t. 6 p. 172 v. 64–68: '(…) qui deus «deorum» dicitur a Platone'; Alb., Summa I tr. 6 q. 29 c. 1. Ed. Colon. t. 34,1 p. 217 v. 19–22: 'Ad dictum Trismegisti et aliorum philosophorum dicendum, quod illi ponebant deum deorum, sicut dicitur in secunda parte Timaei Platonis, qui opifex et pater esset aliorum'; Plato, Tim. 41A; transl. Calc. (ed. Waszink p. 35 v. 9–10). – 49 Avic., Philos. prima tr. 10 c. 5 (ed. Van Riet p. 552 v. 14 – p. 553 v. 17); Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 6 (ed. Van Riet p. 153 v. 10–18).

Et attende quod in omnibus his intellectibus possibilis est quasi fundamentum et primus, lumen autem agentis in ipso est dispositio et quasi stramentum ad intellectum principiorum, et intellectus principiorum est stramentum ad intellectum qui dicitur in effectu, et intellectus in effectu stramentum est ad intellectum adeptum, praecipue in quo adipiscitur anima notitiam sui ipsius, et iste intellectus adeptus est ad intellectum assimilativum stramentum, qui per gradus applicationis luminis inferioris ad lumen superius ascendit usque ad lumen intellectus divini, et in illo stat sicut in fine. Et ideo, cum 'omnes homines natura scire desiderent', finis desiderii est stare in intellectu divino, quia ultra illum non ascendit aliquis intellectus neque ascendere potest.

Est autem hoc notandum, quod cuicumque superiorum intellectuum intellectus applicatur humanus, qui est una de formis mundi, a lumine illius influunt in ipsum formae et species sui ordinis, et ideo quaedam notitia illius ordinis efficitur in ipso per analogiam qua potest illa recipere, quia omne quod fit in aliquo fit in eo secundum potestatem suscipientis ipsum; et ideo tales intellectus denuntiant subtilius de ordine illo quam alii vel ut semper vel ut frequenter, ita quod a quibusdam prophetare putantur.

Qui autem simplici primo et divino intellectui coniunctus est divinus est et optimus in scientiis et virtutibus, ita quod, sicut dicit HOMERUS, non videbitur viri mortalis filius esse sed dei. Et ideo dicit HERMES TRISMEGISTUS in LIBRO DE NATURA DEI DEORUM quod homo nexus est dei et mundi, quia per huiusmodi intellectum iungitur deo. Et stramentum huius intellectus sunt alii intellectus de quibus DIXIMUS, qui quidem innumeri sunt per modos applicationum et assimilationum diversarum et intellectus adepti modos et eius qui est in effectu, sed tamen in genere sunt septem, possibilis videlicet et formalis et principiorum et ille qui est in effectu et adeptus et assimilativus et divinus.

His igitur intelligibilibus et intellectibus, ut breviter dicatur, perficitur anima. De omnibus autem his subtilius determinabitur in PHILOSOPHIA PRIMA.

Cap. 10. De sanctitate intellectus et depuratione quadruplici

| Remanet autem adhuc dicere de intellectus sanctitate et munditia, de qua PHILOSOPHI sunt locuti; hoc autem non adicit novum genus perfectionis et intellectus, sed modum quendam puritatis dicit circa intellectum. Haec autem puritas ex quattuor conficitur, quorum unum est studium pulchritudinis, secundum autem est acquisitio multae illuminationis, tertium autem excessus separationis et quartum est applicatio cum lumine superioris ordinis. Studium enim pulchritudinis ordinat et componit ab avertentibus. Acquisitio illuminationis ex multis scitis gradibus quibusdam ascendit in scibilium luminibus, ita quod sistit in intellectualibus. Excessus vero separationis intellectus removet a

St1 Λ = *Z4S1* Π^1 = *N1M1Ml1Z1O4Ef5* Π^2 = *V16Pr1M5* *v1v2p* 43 *p* p. 518

4–6 principiorum[1] – intellectum *om. (hom.) Pr1* 4–5 et – effectu *om. V16M5* | principiorum[2] – intellectus *om. (hom.) S1* 5–6 qui – intellectum *om. (hom.) v1* 6 est *St1 Z4*] *ante* stramentum Π^1 *V16M5 v2p om. S1 (def. Pr1 v1)* 8 est *om. v2p* 8–9 stramentum *(post* est *v1)* Λ *v1*] *om. cett. codd. v2p; cf. App. II, § 2.4.1 n. 2* 9 inferioris] influens *St1* 10 superius] superioris Λ *Ml1* Π^2 12 desiderent *St1 Z4*] desiderant *cett. codd., edd.* 14 intellectus *om. v2p* | neque] nec *S1 v2p* 15 Est] hic *v2p* | hoc] hic Π^2 *v1* 16 intellectuum] intellectui Π^1 *(-Ef5)* | intellectus – humanus] humanus applicat intellectus *St1* 17 de formis] defectus *St1* | illius] istius Π^1 *(-O4) v1v2p* istius vel *praem. O4* | influunt] influit Π^2 *v1* 18 formae] quotiens *St1* | sui ordinis *inv. St1* 18–19 quaedam notitia *inv. St1* 19 qua] cuius *v2p* 20 recipere] et *add.* Π^1 *(-Ef5) v1v2p* 21 suscipientis] suscipientes *V16Pr1* 22–23 quam alii *om. v2p* 24 prophetare] prophetizare *Ml1 v2p* | putantur] putatur *N1M1Ml1Z1* 26 in] est *St1* 27 dicit *om. St1*[ac] dixit *Ef5 p* | videbitur] videtur *St1* 29 quod] et Π^2 30 nexus] verus Π^1 *(-Ml1)* Π^2 *sed del. et* filius *scr. O4* verius *Ml1* | per *om.* Π^2 | huiusmodi] huius *M1 V16Pr1* | intellectum] intellectus Π^2 31 iungitur] coniungitur *v2p* | huius] hi' *St1 N1 M5 v1* 32 intellectus *om.* Π^2 | quidem *om. S1* | innumeri sunt *St1*] iñ vi sunt *Z4* et *(?)* sunt *S1* in *(*in *om. Ef5)* v *(*5/quinque*)* sunt Π^1 *v1v2p* insunt Π^2; *cf. App. II, § 2.2.2.2 n. 5* 35 septem *ex corr. Z4* quinque Π^1 *v2p; cf. App. II, § 2.2.2.2 n. 5* 36 principiorum] principium Π^2 | est *om. v2p* 37 assimilativus] assimilatus *Z4* Π^2 38 igitur] ergo *M1 v2p* 40 determinabitur] determinatur Π^1 *(-Ml1) v2p* determinatum est *Ml1* 41–42 Cap. – quadruplici *om. O4* 41 10.] xi *St1* | sanctitate] summitate *St1* 42 depuratione] de creatione *(*cātione *M1Ml1)* Π *(def. O4) v2p* 43 autem *om. v2p* 43–44 adhuc – sanctitate] dicere adhuc de sanctitate intellectus *St1* 44 hoc *v1*] huiusmodi *St1* hic Π^1 *M5 v2p comp. inc.* Λ *V16Pr1* 45 adicit] addit *v2p* 46 puritatis] potestatis Λ 47 puritas] potestas Λ | conficitur] efficitur *Ef5 v2p* 48 autem *om. O4 v1v2p* 49 autem] est *add. M5 v1* 50 separationis] est *add. N1M1O4* a continuo et tempore *add. v2p* | est *om. M5 v2p* 52 avertentibus] auctoritatibus *St1* advertentibus *S1 O4 Pr1M5* 52–53 illuminationis] facit quod intellectus *add. v2p* 53 scitis] satis *St1* siccis Π^2 scientis *p* | gradibus quibusdam] vel scientie gradibus *v2p* | ascendit] et *add.* Π^2 54 sistit] si sit *St1* | in[2] *om. St1 Z1* 54–55 intellectualibus] intelligibilibus *v1v2p* 55 vero] secundus *St1* | removet] remanet Π^1

1–11 Et – fine: Cf. Alfar., De intellectu et intellecto (ed. Gilson p. 121 v. 207–210). – 3 stramentum: Cf. Liber de causis § 3 (ed. Pattin p. 140 v. 16–18); Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 1 c. 16. Ed. Colon. t. 17,2 p. 80 v. 22–26. – 11–12 Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 1 (980 a 21); transl. Iacobi: Arist. Lat. XXV,1–1[a] p. 5 v. 3; transl. Anon.: Arist. Lat. XXV,2 p. 7 v. 3. – 15–24 Cf. Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 6 (ed. Van Riet p. 153 v. 10–18). – 18 formae – ordinis: Cf. Alb., De somno et vig. l. 3 tr. 1 c. 11 (Ed. Paris. t. 9 p. 193a–b); Albert der Große, Über die Weissagung, 128–129 cum nota 121. – 27 Homerus: Cf. Arist., Eth. Nic. l. 7 c. 1 (1145 a 20–22); Alb., Super Ethica l. 7 lect. 1. Ed. Colon. t. 14 p. 519 v. 37–42. – 28–29 Hermes – deorum: Ps. Apul., Asclepius c. 6–10 (ed. Moreschini p. 44 v. 3 – p. 49 v. 17). Cf. Alb., De animal. l. 22 tr. 1 c. 5 (ed. Stadler p. 1353 v. 16–23); Alb., Ethica l. 10 tr. 2 c. 3 (Ed. Paris. t. 7 p. 627b); Alb., Metaph. l. 1 tr. 1 c. 1. Ed. Colon. t. 16 p. 2 v. 4–15; Sturlese, Saints et magiciens, 624–629; Sturlese, Vernunft und Glück, 24–28; Porreca, Albertus Magnus and Hermes, 268–270. – 32 Supra v. 1–11. – 32–34 qui – effectu: Cf. Alb., De anima l. 3 tr. 3 c. 11. Ed. Colon. t. 7,1 p. 223 v. 34–38. – 35–37 in – divinus: Cf. Alb., Super Lucam c. 8 v. 8 (Ed. Paris. t. 23 p. 533b). – 40 philosophia prima: Non inveni. – 44 philosophi: Fort. Avic., Liber VI Nat. pars 1 c. 5 (ed. Van Riet p. 100 v. 85–87); ibid. pars 5 c. 6 (ed. Van Riet p. 153 v. 10–18). – 48 studium pulchritudinis: Cf. Eccli. 44,6.

detinentibus continuo et tempore, sed applicatio intellectus cum superioribus proportionaliter nititur perfici in summis et divinis.

Inter quattuor autem ista primum est purgatio ab impedimentis secundi et secundum est illuminatio in his quae inferiora sunt homini proportionata, tertium autem est purgatio ab impedimentis quarti, quia nisi quis mente excedat continuum et tempus, non assurgit ad contuenda divina. Quartum autem est summa perfectio quam in hac vita contingere potest homo. Contingit autem plus et plus secundum quod 'anima percipit illuminationum quae sunt a primo' plus et plus. Solum enim primum non habet plus et plus, et ideo est id quod vocatur necesse esse; omnia autem alia plus et plus habentia sunt possibilia secundum aliquem modum, licet non habeant proprie loquendo possibilem intellectum; hoc autem in PRIMA PHILOSOPHIA erit demonstratum.

Ex his autem quae dicta sunt et hoc est advertere, quod mundissimorum hominum, sicut sunt pulchriora phantasmata quam quorumcumque aliorum, sicut in ETHICIS dicitur, ita sunt eorum lucidissimi intellectus, quoniam, sicut in mundo exteriori turbulentiae tempestatum limpidum lumen recipi impediunt in perspicuo, ita in anima passionum turbulentiae non permittunt lumina intelligentiarum limpide recipi in animabus.

Et ideo dixit APULEIUS sententiam esse Platonis quod eorum quorum ratio absorpta est in inferno abdominis non est intellectus clari luminis receptivus, quorum autem intellectus depuratus a passionibus et occupationibus vitae per applicationem luminis caelestium intellectuum continue sublevatur a carne efficitur sicut speculum clarissimum caelestis ordinis et pulchritudinis, et in his imbutus, tandem vestitur lumine divino et divina, quantum fas est, secundum facultatem incipit videre, licet innominabiliter ea percipiat et quodammodo infinite, eo quod talia, ut in deo sunt, inferiorum intellectuum nullus comprehendere potest. Eminenter tamen accipit, percipiendo quod nihil eorum quae in deo deorum sunt univocum est cum his quae sunt in inferioribus. Et ideo ipse solus est id quod vocatur necesse esse, de quo in PRIMA PHILOSOPHIA probabimus quod non potest habere plus nec habere aliter et aliter. Et hoc est sibi soli proprium, et ideo est immobile, cuncta movens et | simplex et impartibile et innominabile, 'lucem habitans inaccessibilem'.

St1 $\Lambda = \mathcal{Z}4S1$ $\Pi^1 = \mathcal{N}1M1Ml1\mathcal{Z}1O4Ef5$ $\Pi^2 = V16Pr1M5$ *v1v2p* 43 *p* p. 519

1 detinentibus] destinentibus *(sic) V16Pr1* destruentibus *M5* | continuo] continet *St1* | applicatio] amplius Π^1 2 proportionaliter] proportionabiliter *v2p* 3 in *om. O4 v2p* 4 quattuor autem *inv. v1v2p* 5 secundi *om. Ef5 v1v2p* | est *om. v2p* 7 impedimentis quarti] impedimento quarto *v2p* 8 mente excedat *inv. M5 v2p* | non] cum *St1* | assurgit] consurgit *v2p* 9 contuenda] continenda Λ Π^1 concernenda *v1* concipienda *v2p; cf. App. II, § 2.4.3.2 n. 4* | autem *om. v2p* 10 quam *editor cum aliquibus codicibus, ex. gr. Po1 dub. Ef5*^{2}*, v1*] que *St1* Λ Π^1 *Pr1M5 v2p* qua *V16; cf. App. II, § 2.3.1 n. 15* | homo Π^1 *V16 v1*] homini *St1* Λ *Pr1M5 v2p; cf. App. II, § 2.3.1 n. 15* 11–12 secundum – plus^2 *om. (hom.) St1* 11 percipit] est perceptiva *v2p* 11–12 illuminationum $\mathcal{Z}4$ Π^1 *(-M1Ef5) v2p*] illuminationem *S1 M1* Π^2 *v1* illuminationes *Ef5 (def. St1); cf. App. II, § 2.3.1 n. 15* 12 sunt] est *v1* | primo Λ] prima $\mathcal{N}1M1\mathcal{Z}1O4$ *V16M5 v1* prima causa *Ml1Ef5 v2p dub. Pr1 (def. St1); cf. App. II, § 2.3.1 n. 15* 13 ideo] idem *St1* 14 vocatur] notatur *St1* | necesse] est *add.* Π^1 *v2p def. M1* | alia] que *add.* Π^2 15 possibilia] passibilia Π^2 16 non] natura Π^2 17 autem] enim Π^2 | demonstratum *post* philosophia *S1* determinatum Π^1 Π^2 *v1v2p* 18 et] in *add.* Π^2 | hoc] hic *v1v2p* 19 sicut *om.* Π^2 *v1v2p* 20 quorumcumque] quorundam Π^1 Π^2 *v1v2p; cf. App. II, § 2.2.2.3 n. 6* 21 eorum] rerum *St1* eorundem Π^2 | quoniam *om.* Π^2 22 turbulentiae] tribulatione *St1* 23–24 passionum] passionem *N1M1Ml1Z1 comp. inc. Ef5* | passionum turbulentiae] passiones t. *v2* passiones turbulentae *p* 24 lumina] lumen *St1 v1* 25 animabus] animalibus *v2p* 26 esse *om.* Π^2 27 eorum] deorum *v2p* | abdominis *N1M1O4*] ab dīnis *(in lac.) St1* ab doīs Λ ab dnīs *Ml1* a domīs $\mathcal{Z}1$ ab dīs *Ef5* a demoniis Π^2 ad manes *v1* a demonibus *v2p* 28 receptivus] receptionis *St1* recept' *N1* recepturus *Ml1 Pr1* perceptivus *v1 dub.* $\mathcal{Z}1$ 29 depuratus] deputatus $\mathcal{Z}4$ *V16Pr1 om. Ef5* | occupationibus] increpationibus *St1* 31 carne] et *add. Ef5 v2p* 34 licet *om.* Λ | innominabiliter] quantum *add.* Π^1 *(-$\mathcal{Z}$1) v1* quam *add.* $\mathcal{Z}1$ 35 ea percipiat *om.* Λ | percipiat] participat *O4Ef5 V16 v2p* percipit *v1* 37 Eminenter] convenienter *St1* 39 solus] salus *St1* 40 esse] est *N1 Pr1M5* est *praem. Ef5* 40–41 probabimus] probavimus $\mathcal{Z}4$ *v1p* 41 nec] neque Π^2 *v1* 41–42 et – Et *om. v1* | et aliter *om. (hom.) S1* Π^2 42 est^1 *om. Ml1* Π^2

4–10 De hac triade 'purgatio', 'illuminatio' et 'perfectio', quam Albertus a Ps.-Dionysio hausisse videtur, cf. Ps. Dion., De cael. hier. c. 3 § 2–3 (PTS 36 p. 18 v. 14 – p. 20 v. 2; Dionysiaca II, p. 791–798); Alb., Super Dion. De cael. hier. c. 3. Ed. Colon. t. 36, 1 p. 51 v. 48 – p. 58 v. 30. – 11–12 Cf. Alfr. de Sareshel, De motu cordis. prol. n. 1 (ed. Baeumker p. 2 v. 6–9). – 14 necesse esse: De 'necesse esse' et 'possibile esse' necnon eorum proprietatibus cf. Avic., Philos. prima tr. 1 c. 6–7 (ed. Van Riet p. 43 v. 1 – p. 55 v. 55); Algazel, Metaph. pars 1 tr. 2 (ed. Muckle p. 52 v. 2 – p. 61 v. 20); Alb., De causis et proc. univ. l. 1 tr. 1 c. 9–10. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 17 v. 31 – p. 24 v. 14. – 17 Alb., Metaph. l. 5 tr. 1 c. 6. Ed. Colon. t. 16 p. 222 v. 16–67 (de necesse esse); ibid. l. 11 tr. 2 c. 10, c. 19. Ed. Colon. t. 16 p. 495 v. 74–79, p. 496 v. 26–30, p. 506 v. 77 – p. 507 v. 76 (de compositione intelligentiarum). Vide etiam v. 39–42 cum nota; Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 2 c. 33. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 127 v. 21–30. – 20 Arist., Eth. Nic. l. 1 c. 13 (1102 b 9–11); cf. Alb., Super Ethica l. 1 lect. 15. Ed. Colon. t. 14 p. 82 v. 49–53; Alb., Ethica l. 1 tr. 9 c. 4 (Ed. Paris. t. 7 p. 144b). – 26–37 Apul., De deo Socratis c. 3 (ed. Moreschini p. 11 v. 4–12). Cf. Alb., Super Dion. De div. nom. c. 1. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 7 v. 54–57 cum nota; Alb., Super Dion. Epistulas ep. 7. Ed. Colon. t. 37, 2 p. 503 v. 7–9; Alb., Super I Sent. d. 3 c. 1. Ed. Colon. t. 29, 1 p. 74 v. 30–41; Alb., Summa I tr. 3 q. 13 c. 1. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 41 v. 12–20. – 27 inferno abdominis: Cf. Apul., De Platone et eius dogmate l. 1 c. 13 (ed. Moreschini p. 103 v. 12); Alb., De nat. et orig. an. tr. 2 c. 8. Ed. Colon. t. 12 p. 32 v. 26–45. – 31–34 efficitur – videre: Cf. Avic., Philos. prima tr. 9 c. 7 (ed. Van Riet p. 510 v. 72 – p. 511 v. 83); Avic., Liber VI Nat. pars 5 c. 6 (ed. Van Riet p. 153 v. 10–18). – 34 innominabiliter: Cf. Ps. Dion., De div. nom. c. 1 § 6 (PTS 33 p. 118 v. 4–10; Dionysiaca I, p. 43–45); Alb., Super Dion. De div. nom. c. 1. Ed. Colon t. 37, 1 p. 38 v. 24 – p. 40 v. 28; Alb., Summa I tr. 3 q. 16. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 81 v. 58 – p. 83 v. 64. – 35–37 infinite – potest: Cf. Alb., Summa I tr. 3 q. 14 c. 1. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 51 v. 17–34. – 37–39 Eminenter – inferioribus: Cf. Alb., Summa I tr. 3 q. 13 c. 1, tr. 6 q. 26 c. 1. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 40 v. 54 – p. 41 v. 2, p. 171 v. 35 – p. 172 v. 8; Alb., De causis et proc. univ. l. 2 tr. 4 c. 7. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 161 v. 3 – p. 162 v. 2. – 40 Alb., Metaph. l. 5 tr. 1 c. 6. Ed. Colon. t. 16 p. 222 v. 16–67; cf. Arist., Metaph. l. 5 c. 5 (1015 b 11–14). – 42–43 immobile – movens: Cf. Boeth., De cons. phil. l. 3 metr. 9 (ed. Moreschini p. 79 v. 3, p. 80 v. 13). – 43 simplex – impartibile: Cf. Arist., Phys. l. 8 c. 10 (267 b 25–26); Alb., Phys. l. 8 tr. 4 c. 7. Ed. Colon. t. 4 p. 651 v. 50–60; Alb., Metaph. l. 1 tr. 3 c. 3. Ed. Colon. t. 16 p. 32 v. 35–37. – 44 lucem – inaccessibilem: Cf. 1 Tim 6, 16.

Cap. 11. De solutione duarum quaestionum quae oriuntur ex applicatione intellectus cum intelligentiarum luminibus

Quaeret autem aliquis per quem modum anima humana per intellectum applicabilis et quasi miscibilis, ut ita liceat loqui, est lumini intelligentiarum; non enim videtur attingere posse usque ad lumen earum, cum sit diffinite in corpore suo et extra corpus suum non videatur posse aliquid attingere.

Adhuc autem, si detur quod supernis miscetur luminibus, cum haec lumina sint formae mundi, non videbitur ex his luminibus aliquid in ipsa fieri distinctum et determinatum; et ideo, licet clarioris efficiatur intellectus, non tamen ex hoc aliquam accipit notitiam determinatam.

Hae autem et huiusmodi quaestiones moventur ab imperitis ignorantibus naturas formarum mundi. Sicut enim forma materiae ambit et illuminat materiam in qua est et totum quod est in materia proportionaliter unicuique parti materiae, ita forma mundi ambit et illuminat totam materiam ordinis sibi subiecti et unicuique proportionaliter lumen suum ubique praesens impartitur. Sed in hoc est differentia, quod forma materiae corporis est actus et partes eius sunt actus partium corporis, sed intelligentia non est alicuius corporis actus, sed substantia separata per esse et opera, et per hoc potentior est ad movendum, sicut et nauta distinctus a navi, nihil accipiens a navi, sed gubernationis motum ponens in navi; omnis enim motus est ab aliquo primo immobili.

Sed nos de hoc loquemur in LIBRO DE PRINCIPIIS MOTUUM ANIMALIUM. Hic autem hoc sufficit, quod intelligentia, per substantiam separata, lumen diffundit et ingerit per totum ordinem sibi subiectum sicut anima per corpus suum, et hoc lumen ubique praesens proportionaliter efficitur in his quae se extendunt ad ipsum. Et hoc est quod dicit MAGNUS DIONYSIUS, quod lumen extendit se per omnes vultus et fit in intellectu intellectualiter et in anima animaliter et in corpore naturaliter secundum uniuscuiusque propriam analogiam, sicut et lumen animae differenter participatur a membris secundum propriam uniuscuiusque analogiam. Intellectus igitur extendens se invenit lumen ubique praesens et informatur et imbuitur illo et clarificatur ad pulchritudinem caelestem.

Et hoc est quod dicunt PHILOSOPHI intelligentiam ubique esse, non referentes hoc ad praesentiam substantiae, sed luminis expansi per totum. Et hoc etiam modo animae excellentium virorum plura ambiunt quam corpora propria quando animae eorum formis mundi applicantur; et ideo aliquando oboediunt eis transmutationes exteriorum sicut oboediunt formis mundi. Et hi sunt de quibus dicunt PHILOSOPHI quod operantur mirabilia in conversionibus hominum et naturarum. Per hoc igitur patet solutio quaestionis primae.

Secundae autem quaestionis solutio est quod illud lumen, cuiuscumque sit intelligentiae sive etiam sit divinum, est lumen activum et informativum omnium eorum quae sunt ordinis inferioris. Et ideo semper extendit se ad | rerum naturas determinatas sicut lumen artis se extendit ad materiam. Propter quod etiam, quando informat intellectum, extendit eum ad rerum naturas determinatas, et ideo cognoscit in ipso lumine per quem modum rebus immittitur et dat esse rebus, ad quam notitiam non exigitur nisi ut actualiter ad res in ipso lumine convertatur, et habebit naturarum omnium secundum quod sunt notitiam.

Et multi viri illustres in hoc lumine ordinem rerum futurarum praesciunt in ordine istius luminis et praedicunt.

St1 Λ = *Z4S1* Π^1 = *N1M1Ml1Z1O4Ef5* Π^2 = *V16Pr1M5* *v1v2p* 56 *p* p. 520

1–3 Cap. – luminibus *om. O4 v2* 1 11.] xii *St1* 1–3 solutione – luminibus] modo per quem anima humana per intellectum applicabilis est lumini intelligentiarum *p* 1 duarum *om.* Π^2 3 cum *om.* $\Pi^1\Pi^2$*v1* 4 Quaeret] querit *St1* quereret *v2p* 5 et – miscibilis] commiscibilis *Z4* et miscibilis *S1*^{ac} | miscibilis *post* loqui *St1* missibilis *(*immiss- *p) v2p* 7 earum] ipsarum *St1* eorum Π^1 8 non] ut Π^2 9 posse aliquid] aliquid posse *V16Pr1 v2p* posse *M5* | attingere] pertingere *v2p* 10 supernis *N1M1Z1Ef5*] superius *cett. codd., edd.; cf. App. II, § 2. 4. 2 n. 7* 11 formae] forma Π^2 | videbitur] videtur *v2p* 12 ipsa] ipso Π^1*v2p* | distinctum *post* aliquid $\Pi^1\Pi^2$*v1v2p* 17 illuminat] totam *add. v2p* 18 proportionaliter] proportionatur *v1v2p* 19 totam *om.* Λ 22 forma] forme *N1M1Ml1Z1* 23 eius *om.* Π^2 25 opera] tempora Π^2 26 distinctus] descendens *St1* est *add. v2p* | accipiens] recipiens *v2p* 27 motum] motus $\Pi^1\Pi^2$*v1v2p* 28 immobili *post* ab *St1* 29 Sed] quia *St1* | de^1] in Π^2 | loquemur *post* nos *St1* 31 separata] separatam *V16Pr1 v1* 32 ordinem] orbem *M5 v2p* 33 et] in *add.* Π^2 35 dicit] dixit Π^2 | magnus] mag' *V16M5* 36 fit] sic *St1* Π^2 | et^2] etiam *V16Pr1* 37 animaliter] universaliter *St1* 38–40 sicut – analogiam *om. (hom.)* Π^2 39 propriam *om. v2p* 40 invenit] invenitur Π^2 41 et^1 *om.* Π^2 | informatur] informatus est *St1* | illo] illi *St1* 45 modo] tertius *St1* 47 animae] autem *St1* 48 oboediunt eis] obeditiones *St1* 50 dicunt philosophi] sicut philosophi dicunt *v2p* 51 Per] et *praem. v2p* | hoc] hec *M1 v2p* | igitur] ergo *M1* Π^2 53–54 lumen *om. St1* 54 cuiuscumque] uniuscuiusque Π^2 55 est] et Λ *Z1* | informativum] formativum Λ *v2p* 58 materiam] materia *N1M1Z1 def. O4* | informat] informant *St1* 60 rebus *ante* et Π^2 *om. St1* 60–61 immittitur] innitur Π^2 61 exigitur *St1*] extenditur *cett. codd. (-O4), edd.* accedere dicitur *O4; cf. App. II, § 2. 4. 3. 1 n. 9* 62 ipso] pō *St1* | lumine] dum *add. V16Pr1* est dum *add. M5* 63 naturarum] naturam *Z4* Π^1*v1v2p* | notitiam] notiora *v2p* 64 in – lumine *fortasse delere oblitus est Albertus; cf. App. II, § 2. 3. 4 n. 1* | rerum *ante* ordinem *Z4 ante* lumine *S1* 64–65 futurarum] naturarum *(*naturalium *praem. sed del. Z1)* Π^1 *(-Ml1) v2p* naturalium *Ml1 om. v1* 65 praesciunt] preciunt *(*-cinunt *O4)* Π^1 *(-Ef5)* percipiunt *v2p*

anima: scientia de anima non satis complete habetur ex hoc quod de anima secundum seipsam in libro De anima determinatum est. Oportet enim scire cum hoc de obiectis quae proprias animae partibus inferunt passiones 1.8 eadem est ratio animae quae figurae 4.10 essentia animae est a prima causa tota et sola, applicatio autem et determinatio ad corpus est ab aliis instrumentaliter primae causae deservientibus, et quoad hoc regenda in illuminationibus et movenda motibus corporalibus subicitur intelligentiis aliorum orbium 7.43 omnes animas esse intellectuales et omnia corpora esse animata, nec motus sensus vel intellectus posse exsequi, inquit, animam in quibusdam corporibus propter materiae gravitatem (Pythagoras) 8.11 descendens principium vitae quod est anima usque ad corpus compositum ex contrariis organicum cuius complexio proportionatur aequalitati caeli manet nobile, habens operationem divinam et intellectualem et animalem 9.18 anima rationalis producitur in umbra intelligentiae et anima sensibilis in umbra rationis et anima vegetabilis in umbra sensibilis et materia caeli in umbra vegetabilis (Isaac Is.) 10.12 non efficitur anima recipiens formam nisi per lumen intelligentiae 30.13 operans enim in semine est anima – non ut endelechia corporis, sed ut artifex – quae est virtus formativa, quae est in spiritu qui intra viscositatem seminis continetur 30.51 cum anima sit forma quaedam iuncta materiae, non potest ipsa accipere formas nisi incipiendo a materia quae proxima est ei. Non igitur accipit nisi per resolutionem a materia, et continue procedit resolvendo donec veniat in causam primam, et ibi est ultimum perfectionis ipsius et finis intellectus 31.12 animae in suum universum membrorum corporis convenit vitas emittere, quae tamen vitae secundum opera vitae specialia determinantur in membris 31.32 anima posita est in corpore ut seipsam inveniat et cognoscat (Alpharabius) 40.40 Substantia (…) divinum habens esse et operationem non indiget aliquo; igitur anima sic reducta de cetero sensibus et materia corporis non indiget, eo quod materialia et instrumentalia organa non accepit secundum naturam nisi ad hoc quod in esse divinum reduceretur 46.48

anima hominis: ipsa est imago formae mundi et non tantum forma materiae 32.9

anima humana: (…) licet intelligere animae humanae sit proprium praeter corpus 1.31 (…) et superiora sphaeris apprehendit et ab his ad quae motus astrorum inclinat libere avertitur et alia avertit per sapientiam et intellectum (Ptolemaeus) 6.13

anima intellectualis: anima intellectualis non est actus corporis nec corrumpitur corrupto corpore 10.54 naturam hanc (*sc.* intellectualem) habet ex hoc quod est processio a causa prima emanans non usque ad permixtionem materiae 11.4 a quibusdam sapientibus nostrae legis imago dei dicitur 11.7 Ex (…) assimilatione primae causae habet intellectum universaliter agentem, qui sicut lux est separata (…) Ex hoc tamen quod haec natura appropiavit corpori organico physico, natura sua intellectualis parum mergitur, et ideo habet intellectum possibilem accipientem ab imaginatione et sensu 11.9 est anima universaliter omnium cognitiva intellectualiter et non quorundam solum 11.16 cum anima intellectualis esse nobile separatum retineat, (…) ex parte qua attingit continuum et tempus efficitur possibilis et ex parte qua omnimodis manet separata est activa et perfectiva eiusdem possibilitatis 12.9 aliquo modo est perfectio corporis et tamen separata 12.19 ex parte qua inclinatur ad corporeas virtutes organorum (…) quasi fumosa est et efficitur in potentia intelligibilia et non in actu, sed ex parte separata est in actu lucis perfectae 12.23 intellectualis anima multiplicior est in potestatibus et organis sui corporis quam sensibilis et sensibilis quam vegetabilis et vegetabilis multiplicior est quam forma lapidum et mineralium, et sic de aliis 14.41

animal: Natura (…) qua cognitiva sunt animalia causata erit ab aliqua prima natura cognitiva et perfecta 3.41 animalia movent seipsa 10.53

appendicia materiae: cum materia cum suis appendiciis sit id quod individuat formas (…) 16.11

applicatio: applicatio, quae plus et minus fit, potius inferioris et non superioris est 42.17 applicatio intellectus cum superioribus proportionaliter nititur perfici in summis et divinis 44.1

argumentatio: (…) est modus argumentationis imperfectae, et hac omnes utuntur homines (…) et hic modus praecipue est in rhetoricis et civilibus. Est (…) modus argumentationis perfectae, quo utuntur philosophi 39.43

ars mechanica: diversa est a mente artificis et est scientia quaedam operativa factorum cum ratione 33.49

ars naturalis: quam omnis forma etiam corporea dicitur imitari 33.51

Bonitas: (…) cum omne quod est aliquam bonitatem primae causae desideret et propter illam agat quicquid agit 6.23 bonitates ultimorum principaliter et efficienter sunt a causa prima 6.26

bonum: verum bonum, quod est semper et ubique bonum et omni naturae bonum, est sibi (*sc.* intellectui) connaturale bonum, et huic condelectatur et gaudet ad ipsum, licet retrahatur a bono ut nunc per hoc quod tempori et continuo est coniunctus 41.15

Caelum: melius intelligentes philosophi totum caelum unicum motorem habere dixerunt et inferiores motores et sphaeras dixerunt esse virtutes et membra primi caeli et sui motoris 7.50

causa: in causa quae fons est vitae et cognitionis unum non addit aliquid super alterum, quia suum vivere est suum intelligere 5.2 Mediae (…) causae sunt motores caelestium, quos intelligentias vel intellectus caelestes vocaverunt philosophi 5.32 causa est ante causatum et habet esse causae et essentiae (…) licet non habeat esse in natura particulari 20.25

causa *et principium et elementum*: Causae (…) et principia et elementa rerum sunt particulariter constituentes res et particularia quaedam 17.8

causa prima: cum causa prima omnes suas bonitates influat super causatum et bonitates in ipsa nullam habeant distinctionem et ordinem (…) 4.52 simpliciter omnia praehabet ante causata 4.54 Quantum (…) ad attributas nobilitates nihil est adeo multiplex sicut causa prima, sed ista multiplicitas nobilitatum in nullo simplicitatem adimit, eo quod omnes simpliciter et unite has nobilitates praehabet ante causata 5.7 prima causa omnibus causatis suis nominatur et (…) 'est dives in se' in quibus nulli causatorum largitur et est dives in aliis quae proportionaliter causatis communicat (Philosophus sc. Liber de causis) 5.11 (…) cum omne quod est aliquam bonitatem primae causae desideret et propter illam agat quicquid agit 6.23 Sive (…) dicamus media aliquid agere in ultimorum productione sive non, semper bonitates ultimorum principaliter et efficienter sunt a causa prima, et ea quae intermedia sunt operantur ut instrumenta si aliquid ad ea operantur 6.27 prima (…) et tota fusio animae et omnis naturae est a prima causa. Inferiores autem orbes operantur organice determinando et inclinando naturas ad materiam 7.38 essentia animae est a prima causa tota et sola 7.44 totus caeli concentus refertur ad causam primam 7.49 Cum (…) prima causa, fundens luce sua animas, sit natura simplex una intellectualis (…) 8.5 Omnes (…) formae ab ipsa toti naturae largiuntur. Quo autem magis ab ipsa elongantur, eo magis nobilitatibus suis et bonitatibus privantur, et quo minus recedunt, eo magis nobiles sunt et plures habent bonitatum potestates et virtutes 9.4 Non enim verum est quod vita in causa prima sit separata ab esse, sed a simplici esse primi simplex essentiae est emanatio 10.33 est fons vitae et cognitionis et motus 12.30 idem est cuilibet suae potestati et quaelibet suarum potestatum est idem alii 15.13 principium incommunicabilitatis et communicabilitatis invenitur in omnibus rebus perfectis in natura praeter quam in prima causa 17.42

causa univoca: numquam imperfectum causa univoca est perfecti 4.15 in omnibus causis univocis secundum naturam sic est quod quicquid essentialiter inest causato, hoc potentius et nobilius et prius et perfectius inest causae illius causati 4.20

causatum: Cum (…) omne causatum in ignobiliori materia necessario deficiat a causa sua prima (…) 3.7 inter causata propinquius nobili primo quod est causa est quod pluribus bonitatibus et nobilitatibus appropinquat 4.28 in causatis (…) plus influit quod secundum ordinem intelligendi est generalius et prius, eo quod remota causalitate primi non influit aliquid secundorum, sed remota causalitate secundi adhuc influit primum 4.55 omne ultimum in ordine causatorum non exit a prima causa nisi per causas quae sunt in medio 5.30 Ultima (…) causata sunt formae generabilium et corruptibilium 5.31

causatum primum: est ens intellectuale, causativum, motivum orbis 10.24

cognitio: (…) ab eo quod perfectissime est cognitivum fluit omnis cognitio, et diversitas cognitionum provenit ex multiformi obumbrativo cognitivi luminis irradiantis super ea quae sunt cognitiva in diversitate animalium 4.41

cognitio animae: quaedam est resultatio luminis intelligentiae 5.42

cognitivum: omne cognitivum animalium mortalium cum omni cognitivo mortalium est idem genere, aut si diceretur per prius et posterius, hoc tamen erit per respectum ad unum 3.17 Oportet (…) cognitivum animalium ab uno aliquo cognitivo primo causatum esse secundum efficientem causam simul et formalem 3.23

color: Omnis (…) visibilitas colorum causatur a luce, et diversitas colorum provenit ex multiformi permixtione opaci terminati corporis cum diaphano, cuius per se actus est lumen 4.37 omnis constitutio coloris est per naturam perspicui participantis lumen, quod est prima colorum hypostasis, et quicquid aliquis color de natura habet coloris, ab ipso habet, et si quid aliud est in ipso, potius est de privatione naturae coloris quam mereatur dici coloris essentia 6.32 non individuatur color per esse quod habet in luce corporali neque etiam specificatur, eo quod esse in luce convenit omni colori secundum quod est in actu color 13.57 Color (…) cum abstrahitur a corpore et efficitur secundum esse spirituale in perspicuo sive diaphano, est in eo non omnino sicut accidens in subiecto (…) Adhuc (…) non est in eo sicut forma in materia 24.30 color (…) a lumine habet essentiam et formam coloris 24.34 Color (…) abstractione formali pura abstrahitur de colorato corpore, sicut figura abstrahitur de sigillo 24.39 color (…) in perspicuo non habet esse materiale, sed spirituale 24.44 color non habet a colorato corpore quod efficitur in visu, sed ab actu lucidi quod secundum effectum lucidum est 30.19 color (…) non differt a perspicuo secundum naturam, sed secundum quoddam esse diversum unius naturae et eiusdem 34.52 perspicuum in extremo participans actum luminis est color 34.57 in coloribus lumen est formalis hypostasis et perspicui pervii et oculi et perspicui terminati 36.30 eodem agente colores omnes fiunt in effectu, et facti in effectu, faciunt in effectu perspicuum et visum 38.8

color *et pervium tenebrosum*: color et pervium tenebrosum unius sunt potentiae, et ideo una forma agentis utrumque perficit 36.37

communes passiones animae: Communes (…) inferunt passiones quaecumque sunt talia circa quae operans anima instrumento utitur corporeo, ut quaecumque sunt circa vegetabilem et sensibilem animam 1.15

concentus caeli: totus caeli concentus refertur ad causam primam 7.48

conclusio: minimum et quasi per aliud medium de lumine intellectus habet conclusio, propter quod aliud sortitur vocabulum, et dicitur scientia 26.24

condiciones materiae: Materiae (…) condiciones sunt ea quae sequuntur formam prout est in esse materiali, et haec sunt differentia loci et temporis et oppositio et compositio et huiusmodi 30.2

condiciones materiales: patet naturam intellectualem verius esse formam omnibus aliis formis consequentibus, eo quod magis est separata, et quoad hoc fluunt ab ipsa luces incorporeae separatae secundum quas efficitur potens ad omnia cognoscenda quae ab obscuritate materiae et privationis et materialium condicionum tenebris sunt abstracta et absoluta 15.6

contemplatio: homo numquam invenit seipsum nisi in contemplatione veritatis rerum 39.8 contemplatio verorum admirabilium est summae delectationis et naturalissimum, et (…) in ea tota refloret natura hominis in quantum est homo, et praecipue in contemplatione divinorum 41.6

contemplativus: (…) de intellectu agente qui non unitur contemplativis ut agens tantum, sed ut beatitudo eorum est quando perveniunt ad hoc quod inest eis ut forma 14.21

continuatio: concludunt quod unum universale sit quod est in omnibus animabus intellectum et in omnibus suis particularibus existens, et sic concedunt unam numero scientiam esse in omnibus animabus, sed diversas continuationes illius scientiae dicunt esse ad homines propter diversitatem imaginationis ex qua accipit intellectus (aliqui) 21.46

continuum *et tempus*: nisi quis mente excedat continuum et tempus, non assurgit ad contuenda divina 44.8

contrarietas *et motus*: ea (…) quae sunt extra contrarietatem et motum sunt supra tempus et supra differentias temporis 21.30

corpus animatum: sicut corpus animatum est sub corpore caelesti causatum et rectum ab eo, ita necesse est motorem corporis animati esse sub motore corporis caelestis, ita quod sit causatus et rectus ab ipso 6.1

corpus humanum: In humano (…) corpore, quod minus omnibus terrestre est et in

complexione maxime recedens ab excellentia contrariorum, omnes complete habet anima operationes (Pythagoras) 8.22
corpus naturale: (…) forma quae simpliciter est natura et forma corporis et actus materiae corporalis tantum, secundum quam corpus naturale non operatur nisi unum solum 15.19
corpus terminatum: diversitas colorum provenit ex multiformi permixtione opaci terminati corporis cum diaphano 4.39

Deceptio *et falsitas*: intellectus semper est verorum, deceptio autem et falsitas ingeruntur ex parte phantasticae virtutis 41.4
demonstratio *vel ratio*: Quaecumque (…) hic inquirenda esse videntur, quantum per demonstrationem vel rationem investigare poterimus, tractabimus 2.4
deus deorum: dixit Hermes deum deorum non proprie percipi nomine proprio, sed vix mente attingi ab his qui a corpore per longum studium separantur 42.45 nihil eorum quae in deo deorum sunt univocum est cum his quae sunt in inferioribus 44.38
diaphanum: (…) cuius per se actus est lumen 4.39 (…) diaphanorum, tam perviorum, quae (lux solis) facit lucida secundum actum, quam non perviorum, quae facit colorata 13.40
differentia formalis: intellectus sonat lucem incorpoream naturae intellectualis, quae sive accipiatur in ipsa natura intellectuali sive emanans ab ipsa sive recepta et terminata super intelligibile, non habet in se formalem aliquam differentiam 25.30
dignitas: Secundum (…) quod sunt magis secundum naturam priora et universaliora et simpliciora, sic (intelligibilia) sunt intelligibiliora et lucem intelligibilitatis aliis conferentia, sicut sunt dignitates 25.57
disciplinalia: In disciplinalibus (…) meliorem intellectum videntur plerumque habere iuvenes quam senes 39.40
divina: sola naturalia et mathematica secundum esse sunt in materia et motu, divina autem omnia sine motu sunt et materia 16.45 divina omnia aut quaedam sunt separabilia prout universale a particulari separat intellectus 17.56 divina sua luce nostrum intellectum vincunt et reverberant 26.9 intellectus noster (…) prius imbuendus est physicis et deinde mathematicis, ut sic confortatus lucibus multorum intelligibilium consurgat ad intellectum divinorum 38.42 plus sui invenit (intellectus noster) in his intelligibilibus quae divina sunt quam in his quae sunt mathematica et physica 38.48 nisi quis mente excedat continuum et tempus, non assurgit ad contuenda divina 44.9 quorum (…) intellectus depuratus a passionibus et occupationibus vitae per applicationem luminis caelestium intellectuum continue sublevatur a carne (…) tandem vestitur lumine divino et divina, quantum fas est, secundum facultatem incipit videre, licet innominabiliter ea percipiat et quodammodo infinite, eo quod talia, ut in deo sunt, inferiorum intellectuum nullus comprehendere potest 44.33

Echmagium: (…) ex quodam echmagio, hoc est sigillo 23.1
effluere: omne effluens ab aliquo continetur et restringitur sub illo in potentiis operationum 6.9
emanatio: Non enim verum est quod vita in causa prima sit separata ab esse, sed a simplici esse primi simplex essentiae est emanatio 10.34
endelechia corporis: operans enim in semine est anima – non ut endelechia corporis, sed ut artifex 30.51
ens in anima: Ens (…) in anima potius est intentio rei quam res 13.55
esse abstractionis: (…) intellectus possibilis (…) potentia est omnia illa quae esse abstractionis vel potius separatum esse habent in lumine 41.66
esse divinum: formae quae fluunt continue in materiam ex luminibus causae primae et intelligentiarum, melius multo existentes in causa prima et in luminibus intelligentiarum quam in materia, nulla ratione fluunt in materiam propter esse quod habent in materia (…) Oportet igitur quod ad hoc fluant, ut esse divinum aliquod et operationes divinas perficiant 46.30
esse divisibile, *successivum, materiale*: In materia autem (forma) est secundum esse divisibile, successivum, materiale 29.31
esse formale: esse (…) formale non est nisi secundum aptitudinem in essentia formae et non secundum actum nisi per intellectum separantem 22.8 formale esse potius accipit id quod intelligitur ab intellectu in quo est quam quod det sibi esse formale 36.26
esse in effectu: quod est in effectu non est in potentia 41.25
esse in materia: esse (…) in materia est esse perfectum et secundum actum 22.19 esse in materia non convenit formae et essentiae gratia sui et propter seipsam 22.26
esse individuum: esse individuum habet (forma) a materia et non a lumine intelligentiae in quo est forma secundum suae originis naturalitatem 30.26
esse intellectuale: cum dicitur quod intellectus agens est sicut lux, tria in ipsa attenduntur similitudine, quorum unum et primum est quod sit primum agens esse intellectuale, secundum est quod est universaliter agens esse intellectuale, tertium autem est quod est incessanter agens esse intellectuale 31.58 Esse (…) intellectuale est in omnibus quae sunt intellectus et ratio eorum quae intelliguntur; esse igitur intellectuale est in omnibus intelligibilibus 32.1
esse materiale: formae individuae secundum esse materiale non separatum sunt illae quae sunt potentia in materia 11.41 forma esse materiale habet in materia in qua est; color autem in perspicuo non habet esse materiale, sed spirituale 24.43
esse secundum aptitudinem: esse secundum aptitudinem est esse secundum quid et potentiale 22.18
esse separatum: (…) intellectus possibilis (…) potentia est omnia illa quae esse abstractionis vel potius separatum esse habent in lumine 41.66
esse spirituale: talia (*sc.* intelligibilia) secundum esse spirituale quod habent in suis abstrahentibus accepta neque sunt accidens neque substantia secundum verissimas acceptiones ipsorum neque sunt entis differentiae vel species aliquae, nisi accipiatur ens secundum quid, sed sunt quaedam entium intentiones secundum potestatem suorum agentium accepta 25.13
esse universale: esse universale est formae et non materiae 20.46
esse verum *et ratum*: esse verum et ratum in natura est illud quod dat forma materiae et particulari 22.6
essentia: (…) dicimus essentiam uniuscuiusque rei dupliciter esse considerandam. Uno videlicet modo prout est natura diversa a natura materiae sive eius in quo est, quodcumque sit illud. Et alio modo prout est in materia sive in eo in quo est individuata per hoc quod est in ipso. Et primo quidem modo adhuc dupliciter consideratur. Uno quidem modo prout est essentia quaedam absoluta in seipsa, et sic vocatur essentia, et est unum quid in se existens, nec habet esse nisi talis essentiae, et sic est una sola. Alio modo prout convenit ei communicabilitas secundum aptitudinem, et hoc accidit ei ex hoc quod est essentia apta dare esse multis, etsi numquam dat illud, et sic proprie vocatur universale. (…) Prout autem iam participatur ab eo in quo est, adhuc duplicem habet considerationem, unam quidem prout est finis generationis vel compositionis substantiae desiderata a materia vel eo in quo est, cui dat esse et perfectionem, et sic vocatur actus, et est particularis et determinata. Secundo autem modo prout ipsa est totum esse rei, et sic vocatur quiditas, et sic iterum est particulata et de-terminata et propria 19.22 est una essentia non quidem unitate numeri (…) sed unitate causae et essentiae in se et formae, quae unitas multitudini secundum aptitudinem communicabilitatis non repugnat, et hoc modo dicitur unum in multis et de multis 20.28
essentia dans esse: essentia dans esse procedit a causa prima, et cum indistans per dissimilitudinem accipitur, erit simplicissima in esse et potentissima et nobilissima et universalissima, non quidem secundum abstractionem, sed secundum quod universalius dicimus quod universalius causat et pluribus influitur 10.15 haec essentia est vitalis, intellectualis, causativa, motiva et plures alias habens potestates bonitatum, et quoad haec omnia datur primo causato 10.21 Haec (…) essentia

descendens privatur simplicitate et potestate plus et plus (…) usque ad ultimum ens quod minimam accipit entis differentiam et potestatem 10.25
essentia emanans a prima causa: essentia emanans a prima causa plenam habet virtutem vitae et cognitionis et motus per hoc quod emanat ex ipsa, quae est fons vitae et cognitionis et motus, et haec essentia retinet nisi obumbretur per distantiam dissimilitudinis a causa prima 12.28
essentia *et substantia simplex*: ubicumque est esse intellectivum et sensitivum et vegetativum et motivum, ibi est una essentia et substantia simplex, sed multiplex in potestate 10.40
essentia formalis: Dicunt (…) quod cum essentia formalis de se sit ubique et semper et per accidens sit in materia, verius est ubique et semper quam hic et nunc et verius est ubi est secundum esse formalius quam ubi est secundum esse materialius (aliqui) 21.32
experimentum: de 'multis experimento' acceptis 'una fit universalis acceptio', quae 'est principium artis et scientiae' (Aristoteles) 16.33
extremitas perspicui: Perspicui (…) extremitas, quae est color (…) non est in perspicuo pervio nec in perspicuo animato, quod est oculus, sicut duae naturae distinctae 35.2

Faex elementorum: (…) elementi quod est terra, quod esse dicitur faex elementorum 31.7
falsum: omne verum consentaneum est intellectui et falsum intellectui contrarium 40.54
fascinatio: (…) concludunt causam fascinationis quam ponunt nigromantici et augures, qua de causa videlicet unus fascinat alium et impedit operationes animales in ipso (aliqui) 21.49
felicitas: Secundi (…) quasi per se aut ex parva doctrina nati sunt intelligere omnia, quia agentem (intellectum) habent non modo tamquam potentiam animae vel quasi efficientem per abstractionem intelligibilia in anima, sed habent eum quasi pro forma per quam anima intellectualis cuncta operatur, quod in libro De anima felicitatem esse diximus ad quam intendit pervenire omnis philosophus 28.4
fieri: omne quod fit in aliquo fit in eo secundum potestatem suscipientis ipsum 43.20
finis: cum 'omnes homines natura scire desiderent', finis desiderii est stare in intellectu divino, quia ultra illum non ascendit aliquis intellectus neque ascendere potest 43.12
fluxus: (…) dicimus quod cum Plato dicat quod caelestium est exsequi bonitates primi et sementem substantiarum cognitivarum, hoc modo exsequuntur quo instrumenta inducunt ea quae sunt in arte artificis illa instrumenta moventis et non faciunt ea ex suo proprio aliquo influxu (…). Quotquot (…) posteriorum philosophorum animas ab intelligentiis causatas et profluxas esse tradiderunt hunc modum fluxus qui dictus est intellexerunt 7.26
forma: Omnes (…) formae ab ipsa (*sc.* causa prima) toti naturae largiuntur. Quo autem magis ab ipsa elongantur, eo magis nobilitatibus suis et bonitatibus privantur, et quo minus recedunt, eo magis nobiles sunt et plures habent bonitatum potestates et virtutes 9.4 (…) forma quae simpliciter est natura et forma corporis et actus materiae corporalis tantum, secundum quam corpus naturale non operatur nisi unum solum 15.17 individuatur forma per materiam 18.49 nihil (…) formae vel materiae quod est in uno individuo est in pluribus 18.51 res nulla intelligitur nisi per id quod est vere forma rei 19.12 forma dicitur totum esse rei, quia materia nihil est de esse nec intenditur a natura, quia si esse posset forma in operatione sine ipsa, numquam induceretur in materiam 20.1 materia nihil est de esse nec intenditur a natura, quia si esse posset forma in operatione sine ipsa, numquam induceretur in materiam 20.3 forma (…) separata per intellectum est universale in intellectu quando aptitudo suae communicabilitatis reducitur ad actum intellectu separante ipsam ab individuantibus 20.8 nulla res est intelligibilis per suam materiam, sed per suam formam 20.45 forma enim omnis communicabilis est et materia incommunicabilis 20.47 quia res nominatur secundum quod intelligitur, nominatur proprie a forma 20.52 (…) primo et principaliter et maxime substat 20.57 Non (…) artatur ad in loco esse nisi per quantitatem materiae nec restringitur ad nunc nisi per ipsam materiam contrarietate determinatam 21.27 essentia formae non est nisi secundum aptitudinem ubique et semper et non secundum actum 22.11 forma educitur per alterationes de materia 24.38 Dicimus (…) omnes formas ab intelligentia prima universaliter materiam ambiente dari materiae 29.18 ⟨In⟩ intelligentia (…) quae indivisibilis est et simplex substantia et aeterna, cum ipsa sit causa prima, est indivisibilis forma et simplex et non una forma post aliam, nec est determinata ad esse hoc vel illud in individuo, nec eam, prout est in intellectu primae causae, comitatur oppositio et diversitas et temporalitas et compositio et materialitas et huiusmodi 29.26 In materia (…) est secundum esse divisibile, successivum, materiale 29.31 ex hoc quod est notio quaedam intelligentiae habet fieri in anima 29.41 nos scimus formas in intellectu animae sequi condiciones et proprietates intelligentiae et non materiae 29.44 forma non fit in anima nisi per hoc quod separatur et liberatur a materia et materiae condicionibus (…) liberare autem formam ab huiusmodi est accipere eam prout est in lumine intelligentiae 29.49 forma non habet a materia quod efficiatur in anima, sed ab actu intelligentiae agentis quae secundum effectum intelligentia agens est 30.22 esse individuum habet a materia et non a lumine intelligentiae in quo est forma secundum suae originis naturalitatem 30.27 Formae (…) exteriorum non agunt in animam nisi prout sunt intellectus quidam et agunt sub lumine intelligentiae agentis quod est in ipsis, et sic possunt agere in possibilem intellectum 33.28 ipsa forma stans in lumine universaliter agentis est agens quod proprie habet inferre passionem intellectui possibili 33.35 eadem forma est in possibili intellectu et in materia, sed ab intellectu nullam accipit individuationem 35.18 formae rerum uno lumine agentis fiunt in effectu, et factae in effectu, faciunt in effectu possibilem intellectum sine medio 38.10 forma rei per hoc quod est in intellectu possibili efficitur in effectu intellectus 40.9 oppositio et disparatio et diversitas et huiusmodi non consequuntur formas nisi per hoc quod sunt in materia; sed secundum quod sunt in lumine agentis, simplices sunt et indivisibiles et unitae 41.31 formae quae fluunt continue in materiam ex luminibus causae primae et intelligentiarum, melius multo existentes in causa prima et in luminibus intelligentiarum quam in materia, nulla ratione fluunt in materiam propter esse quod habent in materia, licet materia appetat eas sicut divinum et bonum 46.19 forma non est sufficienter facta divina per hoc quod efficitur intellectus qui dicitur in effectu vel adeptus, sed divina fit per intellectum assimilantem et eum qui vocatur divinus 46.41
forma individua: formae individuae secundum esse materiale non separatum sunt illae quae sunt potentia in materia 11.41
forma individuata: forma (…) individuata dat esse individuo 18.49
forma intellecta: intelligens intellectus et forma intellecta sunt idem actu per esse tantum habentia differentiam 35.21 intellectus non formatus est species et forma formae intellectae per esse quod habet in intellectu et confert ei esse universale et simplex quod non habuit in materia 36.6
forma materiae: subtiliores Peripateticorum distinxerunt inter formas mundi et formas materiae, formas mundi vocantes universaliter relatas ad universum, formas autem materiae dicentes eas quae sunt dantes esse materiae 31.40 forma materiae ambit et illuminat materiam in qua est et totum quod est in materia proportionaliter unicuique parti materiae 45.17 forma materiae corporis est actus et partes eius sunt actus partium corporis 45.22
forma mundi: subtiliores Peripateticorum distinxerunt inter formas mundi et formas materiae, formas mundi vocantes universaliter relatas ad universum, formas autem materiae dicentes eas quae sunt dantes esse materiae 31.40 forma mundi ambit et illuminat totam materiam ordinis sibi subiecti et unicuique proportionaliter lumen

suum ubique praesens impartitur 45.19 animae excellentium virorum plura ambiunt quam corpora propria quando animae eorum formis mundi applicantur; et ideo aliquando oboediunt eis transmutationes exteriorum sicut oboediunt formis mundi 45.47

forma practica: Est (…) in omnibus intelligentiis ordo formarum practicarum qui per ipsas in materiam generabilium descendit, et sunt formae in omnibus eaedem, sed in inferioribus magis et magis determinatae 7.1

forma substantialis: quod forma substantialis aliqua sit motiva sui subiecti secundum locum, hoc habet ex convenientia cum primo, quod movet secundum locum immobile existens, et non ex hoc quod sit compositum 10.44

fusio: prima (…) et tota fusio animae et omnis naturae est a prima causa. Inferiores autem orbes operantur organice determinando et inclinando naturas ad materiam 7.37

Generans: generans in natura, conferendo formam, dat ea quae formam consequuntur, quae praecipue sunt motus et locus 38.1 generans omnino formaliter in incorporalibus, dando esse sui luminis, dat consequentia illud, quae sunt motus ad intellectum possibilem et locus qui est intellectus possibilis 38.3

Habitus conclusionis: habitus conclusionis (dicitur esse) scientia 26.18

habitus principiorum: habitus principiorum dicitur esse intellectus 26.18

homo: homo numquam invenit seipsum nisi in contemplatione veritatis rerum 39.7 homo in quantum homo solus est intellectus 41.11 homo nexus est dei et mundi 43.29

hypostasis: in coloribus lumen est formalis hypostasis et perspicui pervii et oculi et perspicui terminati 36.30

Idea: Plato dixit primam formam esse unicam et ex ipsa unius idea omnia fieri 9.44

illuminatio: Acquisitio illuminationis ex multis scitis gradibus quibusdam ascendit in scibilium luminibus, ita quod sistit in intellectualibus 43.52

imaginatio: (…) corporeas virtutes organorum, quae sunt imaginatio, accipiens continuum, et sensus, accipiens temporale et transmutabile 12.22

imago: prima imago lucis primae causae quae coniuncta est continuo et tempori est intellectus humanus 40.45

immortalitas animae humanae: Substantia (…) divinum habens esse et operationem non indiget aliquo; igitur anima sic reducta de cetero sensibus et materia corporis non indiget (…) stat igitur substantiata et formata in esse divino et operatione perfecta, et hoc vocaverunt philosophi radicem alterius et immortalis vitae, per quam vere probatur animae humanae immortalitas 46.55

imperfectum: quandocumque inveniuntur aliquae virtutes et formae in pluribus et in quibusdam eorum sunt imperfectae, in quibusdam autem perfectae, imperfecta causata sunt a perfectis et imperfectio accidit ex diversitate et imperfectione materiae 3.38 numquam imperfectum causa univoca est perfecti 4.15

incorporale: in incorporalibus eiusdem naturae sunt lumen intelligentiae terminatum quod est simplex forma rerum separata a materia et lumen eius quod est intellectus possibilis 35.10 In his (…) quae incorporalia sunt id quod est natura simplex est species et forma eiusdem naturae determinatae, sicut sensus communis formalis est ad sensus proprios et determinatos 36.9 generans omnino formaliter in incorporalibus, dando esse sui luminis, dat consequentia illud, quae sunt motus ad intellectum possibilem et locus qui est intellectus possibilis 38.3

individuans: formae autem quae potentia sunt in intellectu sunt universales separatae ab individuantibus et praecipue a materia, non hic et nunc, sed ubique et semper existentes 11.44

individuatio: requiritur materia non ad esse, sed ad ipsius esse determinationem et individuationem 20.6

individuitas: omnis (…) individuitas est per materiam 13.6

individuum: Cum (…) individuum sit individuum per materiam, non habebit nomen proprie loquendo nisi forte secundum quod est substantia existens per formam (…) 20.55

influxus: (…) dicimus quod cum Plato dicat quod caelestium est exsequi bonitates primi et sementem substantiarum cognitivarum, hoc modo exsequuntur quo instrumenta inducunt ea quae sunt in arte artificis illa instrumenta moventis et non faciunt ea ex suo proprio aliquo influxu 6.56

inquisitivus: suum intellectuale (*sc.* animae) obumbratur eo quod est inquisitivum, non certum sicut est intellectuale intellectuum caelestium non obumbratorum ex turbationibus corporum 9.28

instrumentum: Instrumenta (…) voco quibus scientia rerum de ipsis educitur principiis, et isti sunt modi argumentationum 39.18

intellectivum: intellectivum pluribus bonitatibus et nobilitatibus appropinquat primo cognitivo et perfecto quam vivum solum et quam sentiens et vivens tantum 4.30

intellectuale: non recedens longe a primo per privationem nobilitatum, sicut intellectuale, manet separatum et perpetuum, recedens autem longe permiscetur et mortale et corruptibile efficitur 10.50

intellectualitas: ipsa intellectualitas animae secundum possibilem intellectum est intellectum secundum esse quod habet in intellectu si addatur terminationis ratio qua est rei terminus cuius ipsum est forma 35.41 eadem natura est intellectualitatis in intellectu possibili et eo quod intelligitur secundum esse intellectuale, nisi quod limitibus eius quod intelligitur ipse intellectus formatur sicut locus figuratur ad locati figuram 35.56

intellectus: nullo (…) modo intellectus est potentia omnia sicut materia prima est potentia omnia 11.39 formae autem quae potentia sunt in intellectu sunt universales separatae ab individuantibus et praecipue a materia, non hic et nunc, sed ubique et semper existentes 11.43 intellectus qui potentia est omnia intelligibilia se habet ad ea sicut tabula rasa 11.52 intellectus (…) recipit in se universale neque est universale secundum quod huiusmodi nisi in intellectu 12.49 (…) videtur intellectus, prout est aliquid naturae animae, esse individuus et tamen, prout emittit actiones intelligendi, esse in virtute universalis. (…) Licet ergo individuus ponatur secundum quod est forma hominis, tamen secundum suam potestatem, in quantum est potentia lucis spiritualis, universalis est 13.46 est abstractivus et denudativus formarum sicut lux corporalis colorum 13.49 tripliciter homini unitur intellectus, uno videlicet modo ut natura dans esse, et sic est individuus, alio modo ut potentia per quam est operatio intelligendi, et sic est virtus universalis, et tertio modo ut forma acquisita ex multis intellectibus 14.15 potentior est intellectus quam sensus communis et potentior sensus communis quam proprius, et sensibilis natura potentior quam vegetabilis 15.23 intellectus accipit nudatum et spoliatum a materia et materiae appendiciis 16.10 intellectus intelligit se sicut alia intelligibilia 17.52 intellectus non alia operatione sive actione intelligit suum intelligere quam intelligendo intelligibilia et (…) intelligit se quodlibet intelligibilium intelligendo 25.22 intellectus sonat lucem incorpoream naturae intellectualis, quae sive accipiatur in ipsa natura intellectuali sive emanans ab ipsa sive recepta et terminata super intelligibile, non habet in se formalem aliquam differentiam. Si autem ad alia referantur ista, tunc differunt secundum ea ad quae referuntur 25.26 (…) nostrum intellectum (…) cum continuo et tempore est 25.58 habitus principiorum dicitur esse intellectus 26.18 Est (…) quidam intellectus plus continuo et tempori, hoc est imaginationi et sensui, immixtus, quidam autem plus separatus, quidam vero medio modo, quidam vero et vires imaginandi et aliquid accipiendi per sensus non habens vel non satis ad intellectum habens. Et primus quidem est obscurus, nihil accipiens nisi cum labore, et si docetur aliquid, oportet quod fiat per exempla sensibilia. Et tales sunt aut impossibiles aut difficiles ad intellectum per se manifestorum et divinorum quae in prima philosophia traduntur, et vocantur illi mali ingenii existentes a vulgo. Secundi autem

quasi per se aut ex parva doctrina nati sunt intelligere omnia, quia agentem habent non modo tamquam potentiam animae vel quasi efficientem per abstractionem intelligibilia in anima, sed habent eum quasi pro forma per quam anima intellectualis cuncta operatur, quod in libro De anima felicitatem esse diximus ad quam intendit pervenire omnis philosophus. Et hic vocatur intellectus sanctus sive mundus ab Avicenna, ab Aristotele autem dicitur intellectus divinus. Et hic intellectus de levi studio ad prophetias accipit illuminationem et ad somniorum verissimam interpretationem. Medius autem est qui iuvatur doctrina faciliter ad intelligendum tam physica quam divina. Sed tertius iuvari non potest aliqua ratione, quia neque separatus est neque habet instrumenta quibus iuvetur per operationes animae sensibilis. Et hoc aliquando est ex vitio complexionis, sicut in morionibus, aliquando autem ex longa consuetudine non attollendi ultra sensibilium acceptionem, sicut est in his qui vocantur idiotae 27.30 ex perfectione (…) natura cognoscitur intellectus 29.9 intelligens intellectus et forma intellecta sunt idem actu per esse tantum habentia differentiam 35.21 idem intellectus una et eadem potentia luminis agentis quod in ipso est susceptibilis est omnis formae intelligibilis 35.35 intellectus et id quod intelligitur actu sunt idem 37.19 intellectus in homine tribus in genere perficitur, agente videlicet et forma agentis in possibili et eo quod intelligitur in ipso possibili intellectu 37.27 intellectus eodem agente educitur ad actum de potentia quo educitur ad actum intelligibile 37.57 videtur quod cum id quod est in potentia cognoscens nihil penitus cognoscat, quod intellectus, nisi in effectu efficiatur, nihil penitus cognoscat 38.51 omne verum consentaneum est intellectui et falsum intellectui contrarium 40.54 intellectus semper est verorum, deceptio autem et falsitas ingeruntur ex parte phantasticae virtutis 41.3 Est (…) imago primi boni per id quod est imago primi veri 41.14 Ex hoc tamen quod separatus est et nullius corporis actus, solus connaturale sibi habet et verum simpliciter et bonum simpliciter, et solus habet delectationes non habentes contrarium in conceptione boni et veri 41.20 intellectus accipiens scientiam et virtutem non est alteratus sed perfectus 41.40 dixit Apuleius sententiam esse Platonis quod eorum quorum ratio absorpta est in inferno abdominis non est intellectus clari luminis receptivus 44.28 quorum (…) intellectus depuratus a passionibus et occupationibus vitae per applicationem luminis caelestium intellectuum continue sublevatur a carne efficitur sicut speculum clarissimum caelestis ordinis et pulchritudinis, et in his imbutus, tandem vestitur lumine divino et divina, quantum fas est, secundum facultatem incipit videre 44.29

intellectus adeptus: (…) intellectum ex aliis acquisitum, qui apud philosophos vocatur adeptus, eo quod est acquisitus per inventionem vel doctrinam et studium 27.23 Adeptus (…) intellectus est quando per studium aliquis verum et proprium suum adipiscitur intellectum quasi totius laboris utilitatem et fructum 40.20 (…) ad intellectum adeptum, praecipue in quo adipiscitur anima notitiam sui ipsius 43.6

intellectus agens: facit formas esse in anima intellectuali 11.49 non unitur contemplativis ut agens tantum, sed ut beatitudo eorum est quando perveniunt ad hoc quod inest eis ut forma 14.20 propria operatio intellectus agentis est abstrahere, non quidem a materia tantum, sed universaliter ab hoc particulari cuius intentio est in anima sensibili 16.28 Est (…) intellectus diversitas quam multi philosophorum posuerunt quantum ad ipsas partes animae quod est intellectus possibilis et quod est intellectus agens 27.7 cum dicitur quod intellectus agens est sicut lux, tria in ipsa attenduntur similitudine, quorum unum et primum est quod sit primum agens esse intellectuale, secundum est quod est universaliter agens esse intellectuale, tertium autem est quod est incessanter agens esse intellectuale 31.55 agens intellectus universaliter agit in universitate ordinis intellectualium quae sibi subiciuntur 33.2 Ex hoc (…) quod hic intellectus est primus consequitur ipsum quod sit simplex, et quod essentialiter agat, et quod indivisae sint intelligentiae in ipso, et quod omnes in ipso sint sua substantia et vita et lux sua 33.13 Ex hoc (…) quod universaliter agit sequitur ipsum esse formam omnium intellectualium, (…) et quod ipse est semen omnis intelligibilitatis, et quod sub actu suo omne intellectuale movet animam 33.16 intellectus agens comparatur arti, et est comparatio quae essentialiter convenit ei secundum quod praehabet in seipso omnia intellecta 33.46 (…) ita est universaliter in luce agentis intellectus respectu universitatis totius ordinis sibi subiectae materiae; ipsa enim lux sua scientia sua est, et sua ars est certa ratione omnia ad esse intellectualitatis producens et omnia constare faciens in intellectu possibili 33.61 constat intellectum agentem esse praeperfectum et supra perfectum, perfectiones omnes praehabentem et largientem omni ei quod secundum esse intellectuale perficitur 34.4 lumen quod est actus intellectus agentis est forma et intellectus possibilis et eius quod intelligitur; haec enim duo quantum ad esse intellectuale unius sunt naturae et potentiae 36.32 intellectus agens manifestatur in quolibet intellectu secundum actum facto 37.6 agentis per se est abstrahere in cuius lumine esse est abstrahi 37.64 ille (…) qui semper est in actu agens vocatur intellectus 40.12 Intellectus (…) agens in anima et in suo ordine est universaliter agens 42.26

intellectus animae: Intellectus (…) animae habet aliquid sui, intellectum scilicet agentem, qui facit formas esse in anima intellectuali 11.49

intellectus assimilativus: Est (…) intellectus assimilativus in quo homo, quantum possibile sive fas est, proportionaliter assurgit ad intellectum divinum, qui est lumen et causa omnium. Fit autem hoc cum, per omnia in effectu factus, intellectus perfecte adeptus est seipsum et lumen agentis, et ex omnium luminibus et notitia sui extendit se in luminibus intelligentiarum, ascendens gradatim ad intellectum simplicem divinum 41.49 Avicenna dicit quod aliquando illi lumini (*sc.* lumini divino) beate permixtus intellectus futura praeordinat et praedicit et quasi deus quidam esse perhibetur. Iste igitur est intellectus assimilativus 42.52 (…) ad intellectum assimilativum (…) qui per gradus applicationis luminis inferioris ad lumen superius ascendit usque ad lumen intellectus divini, et in illo stat sicut in fine 43.8

intellectus caelestis: (…) motores caelestium, quos intelligentias vel intellectus caelestes vocaverunt philosophi 5.33

intellectus compositus: compositus autem est intelligentia complexorum, aut per modum enuntiationis aut etiam per modum syllogismi vel alterius speciei argumentationis 27.15 ille (…) qui compositus vocatur dividitur in intellectum qui vocatur principiorum, qui secundum aliquid innatus est nobis (…) et intellectum ex aliis acquisitum, qui apud philosophos vocatur adeptus 27.18

intellectus divinus: Secundi (…) quasi per se aut ex parva doctrina nati sunt intelligere omnia, quia agentem habent non modo tamquam potentiam animae vel quasi efficientem per abstractionem intelligibilia in anima, sed habent eum quasi pro forma per quam anima intellectualis cuncta operatur (…) Et hic (…) ab Aristotele (…) dicitur intellectus divinus 28.7 (…) ad intellectum divinum, qui est lumen et causa omnium 41.50 cum 'omnes homines natura scire desiderent', finis desiderii est stare in intellectu divino, quia ultra illum non ascendit aliquis intellectus neque ascendere potest 43.13 Qui (…) simplici primo et divino intellectui coniunctus est divinus est et optimus in scientiis et virtutibus 43.25

intellectus formalis: (…) formalis intellectus, quando videlicet forma sciti vel operandi per lucem intellectus est apud animam 27.9 Hic (…) formalis dividitur in intellectum simplicem et compositum 27.13 Hic (…) formalis intellectus non est ille quem quidam formam rei intellectae esse arbitrantur, quia (…) ille non est formalis ad intellectum possibilem, eo quod species est possibilis intellectus talium specierum et locus 36.22

intellectus humanus: prima imago lucis primae causae quae coniuncta est continuo et tempori est intellectus humanus 40.47 cuicumque superiorum intellectuum intellectus applicatur humanus(…), a lumine illius influunt in ipsum formae et species sui ordinis, et ideo quaedam notitia illius ordinis efficitur in ipso per analogiam qua potest illa recipere 43.16 intellectus (…) humanus, qui est una de formis mundi 43.16

intellectus in effectu: Est (…) hic intellectus qui est forma intellecta, quae est separata a rebus 37.39 ipse possibilis est in potentia antequam haec forma (*sc.* forma intellecta) efficiatur in ipso, et cum efficitur in ipso, est intellectus in effectu 37.45 forma rei per hoc quod est in intellectu possibili efficitur in effectu intellectus (…) 40.9

intellectus intelligentiae: intellectus intelligentiae universaliter activus est et agit omnes formas sui ordinis in materiam suae sphaerae subiectam 42.24

intellectus non formatus: intellectus non formatus est species et forma formae intellectae per esse quod habet in intellectu et confert ei esse universale et simplex quod non habuit in materia 36.6

intellectus noster: (…) 'manifestissima in natura', quae 'se habent ad nostrum intellectum sicut lumen solis' vel fortissime scintillantis coloris 'ad oculos noctuae' vel 'vespertilionis' (Aristoteles) 25.60 intellectus noster plus coniungitur imaginationi et sensui quam intellectui primo agenti, ideo obscurus est et ad ea quae sunt separatae penitus rationis 'habet se sicut oculus vespertilionis ad lumen solis' 38.36 plus sui invenit in his intelligibilibus quae divina sunt quam in his quae sunt mathematica et physica 38.48

intellectus possibilis: denudatum a materia et appendiciis materiae est obiectum quod propriam infert intellectui possibili passionem 17.33 Est (…) intellectus diversitas quam multi philosophorum posuerunt quantum ad ipsas partes animae quod est intellectus possibilis et quod est intellectus agens 27.7 Huic (…) quattuor attribuuntur a philosophis quorum unum est quod ipse, idem indivisibilis substantiae existens, potentia est omnia intelligibilia. Secundum autem est quod ipse habet se ad intelligibilia sicut tabula rasa in qua non exigitur aliqua praeparatio ⟨ad hoc⟩ quod imago sit in ea. Tertium autem est quod ipse est potius locus intelligibilium quam materia. Quartum autem est quod ipse est species intelligibilium sicut sensus sensibilium est species 34.17 Cum (…) intellectus possibilis dicitur quo est omnia fieri intelligibilia, intelligitur quod ipse sit in potentia omne intelligibile unus et idem indivisus et simplex secundum substantiam; et ideo sua potentia qua fit intelligibilia non est univoca ad potentiam materiae, quae non est susceptibilis formarum omnium una et indivisibilis existens, sed potius secundum sui divisionem in multa 34.29 cum dicitur quod possibilis intellectus fit omnia intellecta, intelligitur quod fit forma ipsa per quendam modum 34.39 in incorporalibus eiusdem naturae sunt lumen intelligentiae terminatum quod est simplex forma rerum separata a materia et lumen eius quod est intellectus possibilis 35.13 Ex hoc (…) quod intellectus possibilis ad corpus accedit, efficitur distans a lumine intelligentiae 35.15 intellectus possibilis non est materia, sed forma 35.25 intellectus possibilis praeter omnem alterationem se praeparantem susceptibilis est non unius tantum, sed omnis intelligibilis 35.29 intellectualitas animae secundum possibilem intellectum est intellectum secundum esse quod habet in intellectu si addatur terminationis ratio qua est rei terminus cuius ipsum est forma 35.42 eadem natura est intellectualitatis in intellectu possibili et eo quod intelligitur secundum esse intellectuale, nisi quod limitibus eius quod intelligitur ipse intellectus formatur sicut locus figuratur ad locati figuram 35.57 intellectus possibilis est species intellectorum sicut sensus est species sensibilium 36.1 lumen quod est actus intellectus agentis est forma et intellectus possibilis et eius quod intelligitur; haec enim duo quantum ad esse intellectuale unius sunt naturae et potentiae 36.32 intellectus possibilis in actu efficitur per lumen intellectus agentis et quod in omni eo quod intelligit, hoc intelligit, et quando etiam seipsum intelligit in actu, se intelligit in lumine agentis 36.54 intellectus possibilis invenit et intelligit se in quolibet intellectu secundum actum facto, et (…) seipsum intelligit quando id quod intelligitur in qualibet re intelligibili intelligit, et (…) suum intelligere est ipsum in actu esse 37.11 intellectus possibilis et id quod intelligitur ab ipso et suum intelligere est unum et idem ratione, differens secundum esse 37.16 (…) in ipso possibili intellectu, qui est locus intelligibilium et formalis intellectus 37.30 intellectus possibilis, quo fuerit a carne sive corpore separatior, eo magis percipit lumen intellectus agentis diffusum in forma rei intelligibilis 38.13 (…) intellectus possibilis; huius enim nulla manifestatio est quamdiu est in potentia 39.4 intellectus possibilis, unus et indivisus secundum substantiam existens, potentia est omnia intelligibilia 40.32 (…) intellectus possibilis, qui potentia est omnia illa quae esse abstractionis vel potius separatum esse habent in lumine 41.66 possibilis activus non est, sed factus in effectu per agentem 42.28

intellectus possibilis *et intellectus agens*: in omni intellectu secundum actum facto intelligitur possibilis intellectus et agens 37.32

intellectus practicus *et speculativus*: Et hic (*sc.* intellectus formalis) dividitur in practicum et speculativum 27.11

intellectus principiorum: (…) intellectum qui vocatur principiorum, qui secundum aliquid innatus est nobis, eo quod principia non ab alio accipimus, sed per scientiam terminorum mox innascuntur nobis 27.19 in omni intellectu qui est in effectu primo accipitur intellectus principiorum 39.14 (…) hunc intellectum qui principiorum vocatur intellectus, per quem intellectus in potentia sicut per quaedam instrumenta efficitur intellectus in effectu 39.51

intellectus principiorum *et modorum*: Fuerunt autem quidam ante nos de Arabum philosophis qui hunc intellectum principiorum et modorum diviserunt in duo, dicentes principia philosophiae theoricae essentialis esse apud nos et innata nobis et non accipi illa per doctrinam, rhetoricorum autem et moralium infieri nobis per longam experientiam 39.30

intellectus sanctus *sive mundus*: Secundi (…) quasi per se aut ex parva doctrina nati sunt intelligere omnia, quia agentem habent non modo tamquam potentiam animae vel quasi efficientem per abstractionem intelligibilia in anima, sed habent eum quasi pro forma per quam anima intellectualis cuncta operatur (…) Et hic vocatur intellectus sanctus sive mundus ab Avicenna 28.5

intellectus secundum prudentiam *et sapientiam*: 'secundum prudentiam' et sapientiam 'dictus intellectus non inest aequaliter omnibus hominibus' (Aristoteles) 14.24

intellectus simplex: intelligentia incomplexorum est 27.14

intellectus superior: cuicumque superiorum intellectuum intellectus applicatur humanus(…), a lumine illius influunt in ipsum formae et species sui ordinis 43.16

intellectus universaliter agens: sicut lux est separata 11.9 quo est omnia facere 32.23

intellectus universaliter possibilis: quo est omnia fieri 32.24

intelligens *et intellectum*: intelligens et intellectum sunt idem actu secundum esse differentia 35.45

intelligentia: (…) motores caelestium, quos intelligentias vel intellectus caelestes vocaverunt philosophi 5.33 Proximum (…) fundens animas est intelligentia ultimum orbem movens 5.35 intelligentia imprimit in animam sicut anima in corporis animati naturam 5.36 Sicut (…) dicimus animam esse causam corporis animati et motuum et passionum eius secundum quod est animatum, ita debemus dicere intelligentiam infimam causam animae cognitivae secundum quod est cognitiva, eo quod cognitio animae quaedam est resultatio luminis intelligentiae 5.40 Est (…) in omnibus intelligentiis ordo formarum practicarum qui per ipsas in materiam generabilium descendit, et sunt formae in omnibus eaedem, sed in inferioribus magis et magis determinatae 6.56 omnia in physicis sunt a causa prima, licet intelligentiae quasdam bonitates explicent et per

motum caelestium inducant in materiam 7.20 (…) animam imprimi ab intelligentia posuerunt et esse eam instrumentum intelligentiae, ut subiectum illuminationibus eius, in hoc verum utique dicentes, sicut ostendunt divinationes somniorum 7.27 essentia animae est a prima causa tota et sola, applicatio autem et determinatio ad corpus est ab aliis instrumentaliter primae causae deservientibus, et quoad hoc regenda in illuminationibus et movenda motibus corporalibus subicitur intelligentiis aliorum orbium 7.47 ⟨In⟩ intelligentia (…) quae indivisibilis est et simplex substantia et aeterna, cum ipsa sit causa prima, est indivisibilis forma et simplex et non una forma post aliam, nec est determinata ad esse hoc vel illud in individuo 29.24 virtus intelligentiae superponitur his quae movet et ambit ea et influit eis formas quae sunt hoc quod ipsa et non acquisitae in ea, et continet omnia in lumine suo quando sine medio coniungitur omnibus his ⟨in⟩ quae agit 30.62 (…) intelligentias, quae sunt formae mundi 32.28 intelligentia non est alicuius corporis actus, sed substantia separata per esse et opera, et per hoc potentior est ad movendum 45.23 intelligentia, per substantiam separata, lumen diffundit et ingerit per totum ordinem sibi subiectum sicut anima per corpus suum 45.30

intelligentia agens: forma non habet a materia quod efficiatur in anima, sed ab actu intelligentiae agentis quae secundum effectum intelligentia agens est 30.23 quaelibet intelligentia agens ambit lumine suo omne illud et totum cui sicut materiae et sicut ei quod movetur ab ipsa superponitur 30.43

intelligentia agens *et causa prima*: intelligentiae agenti et maxime causae primae ex lumine suae substantiae convenit luces emittere quae sunt formae omnium eorum quae formantur 31.29

intelligentia practica: 'finis practicae' intelligentiae 'est opus' (Aristoteles) 39.57

intelligentia prima: Dicimus (…) omnes formas ab intelligentia prima universaliter materiam ambiente dari materiae 29.19 Ab intelligentia (…) prima descendunt (…) formae, et quo magis distant ab ipsa, eo magis efficiuntur materiales et ignobiles, ita quod ultima in descensu est forma elementalis et infima elementi quod est terra 31.2

intelligibile: Hoc (…) abstractum est a rebus, et cum est in lumine intellectus, est in eo quod dat ei formam intelligibilitatis secundum actum, et non sicut accidens in subiecto neque sicut forma in materia 25.9 talia (*sc.* intelligibilia) secundum esse spirituale quod habent in suis abstrahentibus accepta neque sunt accidens neque substantia secundum verissimas acceptiones ipsorum neque sunt entis differentiae vel species aliquae, nisi accipiatur ens secundum quid, sed sunt quaedam entium intentiones secundum potestatem suorum agentium accepta 25.13 Omne (…) intelligibile quod intelligitur non nisi per formam suam vel per seipsum, si forma est, intelligitur 32.3 Intelligibile (…) non dicitur in potentia nisi per esse quod habet in materia, in qua ligatum est lumen agentis intelligentiae sicut lumen colorum in tenebra 37.51 intelligibile in libro tertio De anima sub triplici esse differentia diximus. Est enim conceptum cum materia ⟨sensibili⟩ secundum esse et rationem et conceptum cum materia sensibili secundum esse et non secundum rationem, licet secundum rationem conceptum sit cum quantitate, et est separatum a materia sensibili et quantitate et secundum esse et secundum rationem 38.17

intentio: Ens (…) in anima potius est intentio rei quam res 13.56 sicut non individuatur color per esse quod habet in luce corporali neque etiam specificatur, eo quod esse in luce convenit omni colori secundum quod est in actu color, ita intentio rei non specificatur neque individuatur per hoc quod est in luce incorporea intellectuali, sed manet universalis 13.60

interpretatio somnii: nequaquam interpretatio somnii et natura eius bene determinabilis est nisi prius scito de intellectu et intelligibili 1.28

irradiatio: Tertius (…) est quo (lumen causae primae) manifestatur in lumine agentis universaliter in ordine minoris mundi (…) Et haec est irradiatio de qua multum locuti sunt philosophi 42.8

iuvenes: In disciplinalibus (…) meliorem intellectum videntur plerumque habere iuvenes quam senes 39.41

Largitas: in rebus vilioribus consumere substantiam non est magnificae largitatis 46.29

Latini: quidam non mediocris auctoritatis viri inter Latinos quibus ista sententia non placuit asserunt universale secundum aliquid esse in rebus 19.5 Et quod quidam Latinorum dicunt de scientia docente et de scientia utente locum non habet hic 39.58

libri naturales: Attendimus (…) principaliter facilitatem doctrinae; propter quod magis sequimur in tractatione librorum naturalium ordinem quo facilius docetur auditor quam ordinem rerum naturalium 1.34

locus: Loci (…) omnino eadem distantia est quae est locati et a locato accipit figuram et exhibet ei continentiam, et est motus naturalis locati ad ipsum et quies eius naturalis in eo 35.49

lucidum: (…) secundum triplex esse lucidi, terminati et pervii et animati 35.8

lumen: (…) diaphano, cuius per se actus est lumen 4.40 universalis causa est colorum 6.29 est prima colorum hypostasis 6.32 in coloribus lumen est formalis hypostasis et perspicui pervii et oculi et perspicui terminati 36.30 in colore viso videtur lumen quod de potentia colore facit actu colorem, eo quod nihil aliud agit in visum nisi illud 36.42 lumen est manifestatio sui et perspicui pervii 37.8

lumen animae: lumen animae differenter participatur a membris secundum propriam uniuscuiusque analogiam 45.38

lumen artis: illud lumen, cuiuscumque sit intelligentiae sive etiam sit divinum, est lumen activum et informativum omnium eorum quae sunt ordinis inferioris. Et ideo semper extendit se ad rerum naturas determinatas sicut lumen artis se extendit ad materiam 45.57

lumen causae primae: lumen causae primae (…) sui quattuor habet manifestationes enarrabiles per nomen et diffinitionem 41.59

lumen divinum: (…) in lumen divinum, quod nomen non habet et inenarrabile est, quia proprio nomine non innotescit, sed ut recipitur innotescit. Et primum in quo recipitur est intelligentia, quae est primum causatum. Et cum enarratur, nomine illius enarratur, non nomine proprio, sed nomine sui causati 42.40

lumen intellectus agentis: lumen (…) agentis est quod formam rei quae intelligitur ducit de potentia in actum et quod possibilem ducit in actum 36.39 in quolibet [eo] quod intelligitur de omnibus intelligibilibus non intelligitur nisi lumen intellectus agentis, licet in aliquo intelligatur incorporatum in materia sensibili et in aliquo intelligatur incorporatum in quantitate imaginabili et in aliquo intelligatur clarum in esse simplici et intellectuali 36.46 intellectus possibilis in actu efficitur per lumen intellectus agentis et (…) in omni eo quod intelligit, hoc intelligit, et quando etiam seipsum intelligit in actu, se intelligit in lumine agentis 36.55 lumen intellectus agentis est id quod maxime intelligitur in omni intellectu secundum actum facto 37.1 lumen agentis est in intellectu possibili sicut lumen solis in perspicuo pervio 37.9

lumen intelligentiae: eiusdem naturae sunt lumen intelligentiae terminatum quod est simplex forma rerum separata a materia et lumen eius quod est intellectus possibilis 35.11

lumen intelligentiae agentis: (…) lumine intelligentiae agentis, quod fluit in animam et esse intellectuale formarum generat in anima 30.31 Intelligibile (…) non dicitur in potentia nisi per esse quod habet in materia, in qua ligatum est lumen agentis intelligentiae sicut lumen colorum in tenebra 37.52

lumen intelligentiae *sive divinum*: illud lumen, cuiuscumque sit intelligentiae sive etiam sit divinum, est lumen activum et informativum omnium eorum quae sunt ordinis inferioris. Et ideo semper extendit se ad rerum naturas determinatas sicut lumen artis se extendit ad materiam 45.53

lux: inter omnia (…) corporalia nihil est in quo tanta similitudo incorporeorum appareat sicut est lux 24.19 in luce tria sunt, quae sunt lux, lucere et lumen, quae, si considerentur in se, realem differentiam

nullam omnino vel parvam videbuntur habere. Si autem considerentur relata ad quaedam alia, tunc magnam inter se habent differentiam, quoniam lux est forma luminis in corpore quod fundit lucem et lucere est emanare formam illam in aliud et lumen est iam recepta forma illa ab eo quod primo lucet 24.21 intelligentiae agenti et maxime causae primae ex lumine suae substantiae convenit luces emitere quae sunt formae omnium eorum quae formantur 31.31 lux influit super omnia quae sunt activa et passiva in materia 32.45

lux corporalis: sicut non individuatur color per esse quod habet in luce corporali neque etiam specificatur, eo quod esse in luce convenit omni colori secundum quod est in actu color, ita intentio rei non specificatur neque individuatur per hoc quod est in luce incorporea intellectuali, sed manet universalis 13.57

lux incorporea: intellectus sonat lucem incorpoream naturae intellectualis 25.26

lux incorporea intellectualis: sicut non individuatur color per esse quod habet in luce corporali neque etiam specificatur, eo quod esse in luce convenit omni colori secundum quod est in actu color, ita intentio rei non specificatur neque individuatur per hoc quod est in luce incorporea intellectuali, sed manet universalis 14.1

lux incorporea separata: patet naturam intellectualem verius esse formam omnibus aliis formis consequentibus, eo quod magis est separata, et quoad hoc fluunt ab ipsa luces incorporeae separatae secundum quas efficitur potens ad omnia cognoscenda quae ab obscuritate materiae et privationis et materialium condicionum tenebris sunt abstracta et absoluta 15.4

lux solis: universitas corporalium habet unum primum agens in his quae faciunt et fiunt usque ad ultimum factum, quod est lux solis, super quem tamen irradiat lux agentis primi intellectus, et nisi super ipsum irradiaret, lux solis non esset effectiva formarum corporalium 32.37

lux spiritualis: Licet ergo (intellectus) individuus ponatur secundum quod est forma hominis, tamen secundum suam potestatem, in quantum est potentia lucis spiritualis, universalis est 13.53

Materia: omnis diversitas materiae est propter diversitatem formae 8.31 materiarum diversitas non est causa sed signum diversitatis formarum 8.40 formae individuae secundum esse materiale non separatum sunt illae quae sunt potentia in materia 11.42 materia non facit formas esse in seipsa per aliquid quod sit eiusdem naturae et generis cum materia 11.47 materia nihil intelligit eorum quae potentia vel actu sunt in ipsa, intellectus autem intelligit universa 12.1 cum materia cum suis appendiciis sit id quod individuat formas (…) 16.11 (…) materia secundum quod stricte accipitur materia quae est subiectum transmutationis et motus 17.46 individuatur forma per materiam 18.49 nihil (…) formae vel materiae quod est in uno individuo est in pluribus 18.51 materia nihil est de esse nec intenditur a natura, quia si esse posset forma in operatione sine ipsa, numquam induceretur in materiam 20.2 requiritur materia non ad esse, sed ad ipsius esse determinationem et individuationem 20.5 nulla res est intelligibilis per suam materiam, sed per suam formam 20.44 forma (…) omnis communicabilis est et materia incommunicabilis 20.48 Nec est materia per idem sui in multis secundum aptitudinem vel actum, sed per diversas partes, ita quod secundum partem hanc est in uno et secundum partem aliam est in alio 20.48 materia nec intelligitur nec nominatur nisi per analogiam ad formam 20.53 materia non intenditur ad esse, sed forma est totum esse rei 21.25 Dicimus (…) omnes formas ab intelligentia prima universaliter materiam ambiente dari materiae 29.20 non enim materia fit forma 34.38

materia *et privatio*: patet naturam intellectualem verius esse formam omnibus aliis formis consequentibus, eo quod magis est separata, et quoad hoc fluunt ab ipsa luces incorporeae separatae secundum quas efficitur potens ad omnia cognoscenda quae ab obscuritate materiae et privationis et materialium condicionum tenebris sunt abstracta et absoluta 15.5 quaedam sunt in quibus quasi eclipsatur lumen intellectus ab interpositione obscuritatis materiae et privationis et venit lumen super ea umbrosum et obscurum, sicut est in his quae probabilia tantum esse dicuntur 26.33 Probabilia (…) neque prima sunt et vera, quae luce intelligentiae sunt plena, neque ex primis et veris sumunt fidem, sed sunt quae communiter extrinsecus inveniuntur in rebus in quibus est quasi quaedam ultima resultatio luminis intellectualis cum multa umbra causata a materia et privatione 26.45

materia prima: materia prima est quae potentia est omnia et quo plus determinatur formis, eo plus clauditur et determinatur potentia eius, quoniam si addatur primae materiae haec forma quae est intellectualitas, tunc non est amplius in potentia ad intellectualitatem, sed ad omnia alia. Et si addatur ei forma sequens, quae est corporeitas, tunc iterum determinatioris erit potentiae, et ideo tunc non erit in potentia ad intellectualia. Si autem corporeitati addatur contrarietas, non erit in potentia tunc nisi ad ea quae in potestate sunt contrariorum, et hae sunt formae generabilium et corruptibilium (Avicebron) 11.27

materia sensibilis: in quolibet [eo] quod intelligitur de omnibus intelligibilibus non intelligitur nisi lumen intellectus agentis, licet in aliquo intelligatur incorporatum in materia sensibili et in aliquo intelligatur incorporatum in quantitate imaginabili et in aliquo intelligatur clarum in esse simplici et intellectuali 36.47 intelligibile in libro tertio De anima sub triplici esse differentia diximus. Est enim conceptum cum materia ⟨sensibili⟩ secundum esse et rationem et conceptum cum materia sensibili secundum esse et non secundum rationem, licet secundum rationem conceptum sit cum quantitate, et est separatum a materia sensibili et quantitate et secundum esse et secundum rationem 38.19

materia spiritualis *et materia corporalis*: Nec stare potest quod dicatur duplex esse materia, una spiritualis et altera corporalis, et quod ad materiam spiritualem individuetur intellectus, quia illa materia spiritualis non efficitur propria intellectus nisi per aliqua appropriantia eam 13.15

mathematica: sola naturalia et mathematica secundum esse sunt in materia et motu, divina autem omnia sine motu sunt et materia 16.44 mathematica maxime intelliguntur 26.7 Mathematica autem intellectui nostro proportionata et in se intellectui et lumini intellectus permixta sunt 26.10 divina sunt super intellectum, mathematica in intellectu et physica sub intellectu esse dicuntur 26.15 intellectus noster (…) prius imbuendus est physicis et deinde mathematicis, ut sic confortatus lucibus multorum intelligibilium consurgat ad intellectum divinorum 38.41 plus sui invenit (intellectus noster) in his intelligibilibus quae divina sunt quam in his quae sunt mathematica et physica 38.49

mens: dixit Hermes deum deorum non proprie percipi nomine proprio, sed vix mente attingi ab his qui a corpore per longum studium separantur 42.46 nisi quis mente excedat continuum et tempus, non assurgit ad contuenda divina 44.8

mens humana: Est (…) mens humana ratio et similitudo quaedam veritatis primae 40.55

merita materiae: Nec (…) conveniens est ratio Platonis dicentis quod secundum merita materiae infunduntur formae 8.37

mirabilia: animae excellentium virorum plura ambiunt quam corpora propria quando animae eorum formis mundi applicantur (…) Et hi sunt de quibus dicunt philosophi quod operantur mirabilia in conversionibus hominum et naturarum 45.50

modus scientiarum: modum scientiarum oportet praescire ante ipsas scientias (Aristoteles) 39.21

morion: tertius (*sc.* intellectus) iuvari non potest aliqua ratione, quia neque separatus est neque habet instrumenta quibus iuvetur per operationes animae sensibilis. Et hoc aliquando est ex vitio complexionis, sicut in morionibus 28.14

motor corporis animati: necesse est motorem corporis animati esse sub motore corporis caelestis, ita quod sit causatus et rectus ab ipso 6.3
motores caelestium: quos intelligentias vel intellectus caelestes vocaverunt philosophi 5.33
motus: omnis (…) motus est ab aliquo primo immobili 45.27
motus *et locus*: generans in natura, conferendo formam, dat ea quae formam consequuntur, quae praecipue sunt motus et locus 38.3
motus *et tempus et materia prima*: Quaedam autem ex nimia sua permixtione cum privatione perfecto intellectu comprehendi non possunt, sicut motus et tempus et materia prima 26.4
motus naturalis: eius quod intelligitur, quando sub actu luminis est intellectus agentis, motus naturalis est ad intellectum (…) et per eandem naturam quies eius naturalis est in ipso 35.61
motus naturalis *et quies naturalis*: Loci (…) omnino eadem distantia est quae est locati (…) et est motus naturalis locati ad ipsum et quies eius naturalis in eo 35.51
movens primum: in physicis primum movens est motivum a seipso tum quia ante se non habet causam sui motus efficientem, tum quia in natura et essentia sua est movere, propter quod etiam omne quod movet motum motivam virtutem habet ab ipso, et est sua virtus motiva fontaliter effluens omnes virtutes motivas in omnibus aliis moventibus 2.47

Natura: Id (…) quod operatur in semine hominis non potest esse natura, cum non unum unius formae et figurae operetur sed valde diversa tam in similibus membris quam in dissimilibus et officialibus 30.48
natura cognitiva: Natura (…) qua cognitiva sunt animalia causata erit ab aliqua prima natura cognitiva et perfecta 3.41
natura hominis: contemplatio verorum admirabilium est summae delectationis et naturalissimum, et (…) in ea tota refloret natura hominis in quantum est homo, et praecipue in contemplatione divinorum 41.8
natura intellectualis: oportet (…) quod fons et causa cognitionis et vitae sit natura aliqua intellectualis 4.34 natura intellectualis est substantia separata a materia 13.5 nobis videtur quod intellectualis natura sit in genere suo sicut sol in genere corporum 13.34 patet naturam intellectualem verius esse formam omnibus aliis formis consequentibus, eo quod magis est separata, et quoad hoc fluunt ab ipsa luces incorporeae separatae secundum quas efficitur potens ad omnia cognoscenda quae ab obscuritate materiae et privationis et materialium condicionum tenebris sunt abstracta et absoluta 15.1 Cum autem sit vicina causae primae, multis similitudinibus appropinquans ei, habet potestates plurimas quae sunt naturales proprietates et potentiae ipsius 15.8 differt a forma quae simpliciter est natura et forma corporis et actus materiae corporalis tantum, secundum quam corpus naturale non operatur nisi unum solum 15.17
natura procedens a causa prima: omnis natura procedens a causa prima tanto simplicior est et nobilior et in potestate multiplicior quanto fuerit illi vicinior per indistantiam dissimilitudinis et e regione, quanto fuerit distantior per dissimilitudinem, tanto est materialior et ignobilior et paucioris potestatis 14.30
naturalia: sola naturalia et mathematica secundum esse sunt in materia et motu, divina autem omnia sine motu sunt et materia 16.44 naturalia differunt a mathematicis in hoc quod ipsa per rationem diffinitivam concepta sunt cum materia mobili et sensibili 23.26
nauta: intelligentia non est alicuius corporis actus, sed substantia separata per esse et opera, et per hoc potentior est ad movendum, sicut et nauta distinctus a navi, nihil accipiens a navi, sed gubernationis motum ponens in navi 45.26
necesse esse: Solum (…) primum non habet plus et plus, et ideo est id quod vocatur necesse esse; omnia autem alia plus et plus habentia sunt possibilia secundum aliquem modum 44.14
nexus: homo nexus est dei et mundi 43.30

Obiectum: obiecta enim non inferunt passiones nisi propriis passivis 17.26
obiectum intellectus: Relinquitur (…) proprium obiectum intellectus esse universale 16.35
obumbratio: (…) essentia dans esse procedit a causa prima (…) Haec (…) essentia descendens privatur simplicitate et potestate plus et plus (…) usque ad ultimum ens quod minimam accipit entis differentiam et potestatem, et haec privatio est eius obumbratio vocata a philosophis 10.28
obumbrativum: (…) ab eo quod perfectissime est cognitivum fluit omnis cognitio, et diversitas cognitionum provenit ex multiformi obumbrativo cognitivi luminis irradiantis super ea quae sunt cognitiva in diversitate animalium 4.42
oculus: (…) in visum speculi animati, quod est oculum 31.20 in coloribus lumen est formalis hypostasis et perspicui pervii et oculi et perspicui terminati 36.31 oculus in potentia existens nihil penitus videt quando per nihil visibilium est in effectu 38.55
operatio animalis: (…) concludunt (aliqui) causam fascinationis quam ponunt nigromantici et augures, qua de causa videlicet unus fascinat alium et impedit operationes animales in ipso 21.51
operatio divina: formae quae fluunt continue in materiam ex luminibus causae primae et intelligentiarum, melius multo existentes in causa prima et in luminibus intelligentiarum quam in materia, nulla ratione fluunt in materiam propter esse quod habent in materia (…) Oportet igitur quod ad hoc fluant, ut esse divinum aliquod et operationes divinas perficiant 46.30
operatio divina *et intellectualis et animalis*: descendens principium vitae quod est anima usque ad corpus compositum ex contrariis organicum cuius complexio proportionatur aequalitati caeli manet nobile, habens operationem divinam et intellectualem et animalem, divinam quidem eo quod ipsum est formans alias formas et generans ea quae illis informantur, eo quod nihil generat aliquid nisi per divinum aliquid quod est in ipso, intellectualem autem in eo quod operatur non utens corpore, animalem vero in his in quibus utitur corpore 9.21
oppositio *et disparatio et diversitas*: oppositio et disparatio et diversitas et huiusmodi non consequuntur formas nisi per hoc quod sunt in materia 41.30
orbis: prima (…) et tota fusio animae et omnis naturae est a prima causa. Inferiores autem orbes operantur organice determinando et inclinando naturas ad materiam 7.38
ordo: non (…) solum in universitate omnium recurritur ad primum, sed in quolibet ordine uno necesse est esse primum in quo sit status illius ordinis 32.20
ordo intellectualis: multi viri illustres in hoc lumine (*sc.* intelligentiae sive divino) ordinem rerum futurarum praesciunt in ordine istius luminis et praedicunt (…) Huius (…) ordinis praescientiam quidam excellentiores philosophi vocaverunt prophetiam. Et quia somnium est praefiguratio quaedam huius ordinis in imaginibus figurativis obumbrantibus claritatem talis ordinis intellectualis, ideo vocaverunt 'somnium casum a prophetia' vel prophetiae lapsum 46.10
organum materiale *et instrumentale*: anima (…) materialia et instrumentalia organa non accepit secundum naturam nisi ad hoc quod in esse divinum reduceretur 46.50

Particulare: qui longo tempore studuerunt circa particularia, sicut circa actus humanos, sicut student hi qui legibus intendunt et in his ipsis causas et rationes non quaerunt, inhabiles efficiuntur ad philosophiam 28.18
passio: sicut in mundo exteriori turbulentiae tempestatum limpidum lumen recipi impediunt in perspicuo, ita in anima passionum turbulentiae non permittunt lumina intelligentiarum limpide recipi in animabus 44.23
passio (animae): obiectorum quorum propria passiva pro partibus sive potentiis habet anima quaedam proprias passiones inferunt animae, quaedam autem communes animae et corpori 1.13
perfectio intellectus: Non est (…) nostra intentio hic agere de felicitate quae est ultima perfectio intellectus animae, sed potius de gradibus perfectionis intellectus 29.10

Oportet (…) nos inchoare a formis perficientibus intellectum et per illas ostendere qualis sit intellectus perfectio 29.16
perfectio summa (hominis): quartum est applicatio cum lumine superioris ordinis (…) Quartum (…) est summa perfectio quam in hac vita contingere potest homo 44.9
Peripatetici: Communes (…) inferunt passiones quaecumque sunt talia circa quae operans anima instrumento utitur corporeo, ut quaecumque sunt circa vegetabilem et sensibilem animam. Propter quod etiam Peripatetici veteres scientias de talibus scientias de operibus communibus animae et corporis vocaverunt 1.18 Platonis recordabimur in his in quibus Peripateticorum sententiis in nullo contradicit 2.10 probatissimi Peripatetici determinaverunt omnem cognitionem intellectualem et sensibilem animalium effluere ab intellectuali natura perfecte et intellectualiter cognitiva 4.45 Cum (…) dicatur causa primaria plus influere quam secundaria, hoc tradiderunt Peripatetici esse verum de causa 4.49 Quod (…) anima praecipue humana sub motibus astrorum sic restringatur contra omnes est Peripateticos 6.13 Ex quo constat mentitum esse eum qui scripsit librum Fontis vitae (…) quia ipse videtur velle quod ex natura materiae intellectus habet potestatem omnia intelligendi (…) Hoc enim dictum erroneum est et omnibus Peripateticis contrarium 11.38 Quaeret autem fortasse aliquis utrum haec essentia quae vocatur natura intellectualis sit universalis vel determinata et particularis seu individua (…) Fuerunt autem nonnulli Peripateticorum qui hanc naturam universalem esse dixerunt et perpetuam 12.45 omnis natura procedens a causa prima tanto simplicior est et nobilior et in potestate multiplicior quanto fuerit illi vicinior per indistantiam dissimilitudinis et e regione, quanto fuerit distantior per dissimilitudinem, tanto est materialior et ignobilior et paucioris potestatis. Hoc autem sapientissimi Peripateticorum demonstraverunt ex caelo octavo 14.36 Nobis autem consentiendum videtur primae sententiae, quod videlicet solum intelligibile sit universale et nullum particulare omnino, quia sic tradit concorditer tota secta Peripateticorum 17.17 universale nihil est rei, sive secundum formam sive secundum materiam accipiatur. In hoc etiam consentiunt Peripatetici fere omnes 19.2 dixerunt Peripatetici quod universale non est nisi in intellectu, referentes hoc ad universale quod est in multis et de multis secundum actum et non secundum aptitudinem solam 19.43 subtiliores Peripateticorum distinxerunt inter formas mundi et formas materiae, formas mundi vocantes universaliter relatas ad universum, formas autem materiae dicentes eas quae sunt dantes esse materiae 31.39 (…) de perfectione eius intellectus quem subtilissimi Peripateticorum formalem vocaverunt intellectum, eo quod ipse est forma omnis intellectus secundum esse intellectuale quod habet 36.19
perspicuum: (…) ex perspicuo, cuius proprius actus est lumen 25.48 Perspicuum (…) suscipiens lumen in profundum est suscipiens et perspicuum in extremo participans actum luminis est color 34.55 Perspicui (…) extremitas, quae est color (…) 35.2 perspicuum una et eadem potentia luminis est coloris omnis susceptibile 35.34 (…) in perspicuo, cui in multis similis est intellectus possibilis 39.2
perspicuum animatum: (…) in perspicuo animato, quod est oculus 35.4
perspicuum pervium: perspicuum pervium est species perspicui non pervii et dat ei speciem et formalitatem quam non habet in materia 36.3 in coloribus lumen est formalis hypostasis et perspicui pervii et oculi et perspicui terminati 36.31
perspicuum terminatum: in coloribus lumen est formalis hypostasis et perspicui pervii et oculi et perspicui terminati 36.31
phantasma: mundissimorum hominum (…) sunt pulchriora phantasmata quam quorumcumque aliorum 44.19
philosophi: Cum (…) secundum probabiliores philosophos intellectus faciat intelligibile in forma intelligibilitatis (…) 2.12 Mediae (…) causae sunt motores caelestium, quos intelligentias vel intellectus caelestes vocaverunt philosophi 5.34 dicimus quod cum Plato dicat quod caelestium est exsequi bonitates primi et sementem substantiarum cognitivarum, hoc modo exsequuntur quo instrumenta inducunt ea quae sunt in arte artificis illa instrumenta moventis et non faciunt ea ex suo proprio aliquo influxu (…) Quotquot (…) posteriorum philosophorum animas ab intelligentiis causatas et profluxas esse tradiderunt hunc modum fluxus qui dictus est intellexerunt. Et hac de causa etiam animam imprimi ab intelligentia posuerunt et esse eam instrumentum intelligentiae, ut subiectum illuminationibus eius 7.24 melius intelligentes philosophi totum caelum unicum motorem habere dixerunt et inferiores motores et sphaeras dixerunt esse virtutes et membra primi caeli et sui motoris 7.49 Non enim hoc accidere potest ex motoribus intermediis, eo quod omnes illi intellectuales a philosophis esse traduntur 8.10 Ab uno (…) eodem modo se habente non potest esse nisi unum, secundum quod communiter omnes philosophi tradiderunt 9.1 essentia dans esse procedit a causa prima (…) Haec (…) essentia descendens privatur simplicitate et potestate plus et plus (…) usque ad ultimum ens quod minimam accipit entis differentiam et potestatem, et haec privatio est eius obumbratio vocata a philosophis 10.29 Est (…) intellectus diversitas quam multi philosophorum posuerunt quantum ad ipsas partes animae quod est intellectus possibilis et quod est intellectus agens 27.5 (…) intellectum ex aliis acquisitum, qui apud philosophos vocatur adeptus, eo quod est acquisitus per inventionem vel doctrinam et studium 27.22 Secundum facultatem autem naturae intellectualis quae est in hominibus causatur quaedam intellectus divisio de qua quidam philosophi faciunt mentionem 27.28 (…) philosophis qui, licet dicant intelligentias, quae sunt formae mundi, irradiare super intellectum animae humanae, tamen non negant in ipsis animabus esse ⟨irradiationes⟩ intellectus agentis universitati suorum intellectualium proportionatas 32.27 intellectus (…) agens semper et incessanter agit. Et hoc veteres philosophi intenderunt cum dixerunt quod intellectus agens incessanter proprias intelligentias emittit 33.9 (…) quoad hoc aeterna quod sunt immutabilia; hoc enim modo aeterna dicuntur quaecumque philosophi aeterna vocant 33.42 Fuerunt autem quidam ante nos de Arabum philosophis qui hunc intellectum principiorum et modorum diviserunt in duo, dicentes principia philosophiae theoricae essentialis esse apud nos et innata nobis et non accipi illa per doctrinam, rhetoricorum autem et moralium infieri nobis per longam experientiam 39.29 Dicamus autem nunc de intellectu quem antiquissimi philosophorum assimilativum sive assimilantem vocaverunt 41.46 Tertius (…) est quo (lumen causae primae) manifestatur in lumine agentis universaliter in ordine minoris mundi (…). Et haec est irradiatio de qua multum locuti sunt philosophi 42.9 lumen inferius secundum dicta philosophorum applicatur superiori, superius autem non applicatur inferiori 42.14 Remanet (…) adhuc dicere de intellectus sanctitate et munditia, de qua philosophi sunt locuti 43.44 dicunt philosophi intelligentiam ubique esse, non referentes hoc ad praesentiam substantiae, sed luminis expansi per totum 45.43 animae excellentium virorum plura ambiunt quam corpora propria quando animae eorum formis mundi applicantur (…) Et hi sunt de quibus dicunt philosophi quod operantur mirabilia in conversionibus hominum et naturarum 45.50 multi viri illustres in hoc lumine (*sc.* intelligentiae sive divino) ordinem rerum futurarum praesciunt in ordine istius luminis et praedicunt (…) Huius (…) ordinis praescientiam quidam excellentiores philosophi vocaverunt prophetiam. Et quia somnium est praefiguratio quaedam huius ordinis in imaginibus figurativis obumbrantibus claritatem talis ordinis intellectualis, ideo vocaverunt ‘somnium casum a prophetia’ vel prophetiae lapsum 46.7 anima (…) materialia et instrumentalia organa non accepit secundum naturam nisi ad hoc quod in esse divinum reduceretur;

stat igitur substantiata et formata in esse divino et operatione perfecta, et hoc vocaverunt philosophi radicem alterius et immortalis vitae, per quam vere probatur animae humanae immortalitas 46.53

philosophia: nihil penitus scit qui philosophiae non studet 38.53 qui longo tempore studuerunt circa particularia, sicut circa actus humanos, sicut student hi qui legibus intendunt et in his ipsis causas et rationes non quaerunt, inhabiles efficiuntur ad philosophiam 28.20 verissima philosophiae diffinitio est 'sui ipsius cognitio' (Plato re vera Isaac) 40.39

philosophia theorica: Fuerunt autem quidam ante nos de Arabum philosophis qui hunc intellectum principiorum et modorum diviserunt in duo, dicentes principia philosophiae theoricae essentialis esse apud nos et innata nobis et non accipi illa per doctrinam, rhetoricorum autem et moralium infieri nobis per longam experientiam 39.31

philosophus: Secundi (…) quasi per se aut ex parva doctrina nati sunt intelligere omnia, quia agentem habent non modo tamquam potentiam animae vel quasi efficientem per abstractionem intelligibilia in anima, sed habent eum quasi pro forma per quam anima intellectualis cuncta operatur, quod in libro De anima felicitatem esse diximus ad quam intendit pervenire omnis philosophus 28.5

physica: omnia in physicis sunt a causa prima, licet intelligentiae quasdam bonitates explicent et per motum caelestium inducant in materiam 7.19 physica certum et firmum intellectum raro habent 26.8 Physica (…) propter materiam et privationem et motum ab intellectualitate cadunt 26.12 divina sunt super intellectum, mathematica in intellectu et physica sub intellectu esse dicuntur 26.15 intellectus noster (…) prius imbuendus est physicis et deinde mathematicis, ut sic confortatus lucibus multorum intelligibilium consurgat ad intellectum divinorum 38.40 plus sui invenit (intellectus noster) in his intelligibilibus quae divina sunt quam in his quae sunt mathematica et physica 38.49

Platonici: Platonici formas omnino separatas asseruerunt, et quo magis erant coniunctae materiae, eo minus dicebantur formae, sed materiae immersas magis placuit eis imagines appellare 14.47

possibile: Solum (…) primum non habet plus et plus, et ideo est id quod vocatur necesse esse; omnia autem alia plus et plus habentia sunt possibilia secundum aliquem modum 44.15

potentia: non enim eiusdem potentiae est abstrahere et (formas) abstractas recipere quocumque modo recipiantur, sive per modum materiae sive per modum loci 37.62 id quod est in potentia non manifestatur neque acquiritur nisi per actum suum proprium et per id quod in effectu efficitur 40.24

potentia materiae: non est susceptibilis formarum omnium una et indivisibilis existens, sed potius secundum sui divisionem in multa 34.33

potestas: ubicumque est esse intellectivum et sensitivum et vegetativum et motivum, ibi est una essentia et substantia simplex, sed multiplex in potestate 10.41 omne quod suscipit aliquid suscipit illud secundum suae propriae naturae potestatem 12.49 omnis natura procedens a causa prima tanto simplicior est et nobilior et in potestate multiplicior quanto fuerit illi vicinior per indistantiam dissimilitudinis et e regione, quanto fuerit distantior per dissimilitudinem, tanto est materialior et ignobilior et paucioris potestatis 14.32 Cum autem (natura intellectualis) sit vicina causae primae, multis similitudinibus appropinquans ei, habet potestates plurimas quae sunt naturales proprietates et potentiae ipsius 15.9 una potestatum tanto excellentior est quam alia quanto fuerit separatior 15.21 omne quod fit in aliquo fit in eo secundum potestatem suscipientis ipsum 43.21

potestas animae: (…) infimam potestatem animae, quae est vegetare 9.34

potestas *et virtus*: Omnes (…) formae ab ipsa (*sc.* causa prima) toti naturae largiuntur. Quo autem magis ab ipsa elongantur, eo magis nobilitatibus suis et bonitatibus privantur, et quo minus recedunt, eo magis nobiles sunt et plures habent bonitatum potestates et virtutes 9.7

praeparatio: tabula rasa praeter omnem praeparationem se alterantem susceptibilis est figurae 35.28

praeperfectus: (…) constat intellectum agentem esse praeperfectum et supra perfectum, perfectiones omnes praehabentem et largientem omni ei quod secundum esse intellectuale perficitur 34.5

praescientia: multi viri illustres in hoc lumine (*sc.* intelligentiae sive divino) ordinem rerum futurarum praesciunt in ordine istius luminis et praedicunt (…) Huius (…) ordinis praescientiam quidam excellentiores philosophi vocaverunt prophetiam 46.6

primum: Cum (…) primum in ordine naturae influat super secundum et non e converso (…) 3.53 cum primum effluit bonitates suas super media et ultima, si aliquid aliud esset a mediis influxum super ultima, tamen constitutio ultimorum non erit nisi ex participatione bonitatum primi 6.37 Solum (…) primum non habet plus et plus, et ideo est id quod vocatur necesse esse; omnia autem alia plus et plus habentia sunt possibilia secundum aliquem modum 44.13 (…) primum, quod est necesse esse et omnium causa 47.11

princeps noster: (…) tractabimus, sequentes principis nostri vestigia (…) 2.6

principium: res non cognoscuntur nisi per principia quae sunt de esse earum 23.15 plurimum lucis intellectus et formae habent principia, propter quod a forma intellectus nominantur 26.21 principia non ab alio accipimus, sed per scientiam terminorum mox innascuntur nobis 27.20

principium artis *et scientiae*: 'multis experimento' acceptis 'una fit universalis acceptio', quae 'est principium artis et scientiae' (Aristoteles) 16.34

principium esse: secundum rei veritatem eadem sunt principia esse rei et principia intelligendi et sciendi rem. Sed non eodem modo accepta sunt causa scientiae et rei existentis in natura, quia universaliter accepta causant scientiam et appropriata et particulata ad aliquam rem sunt principia esse in natura 18.5

principium incommunicabilitatis *et communicabilitatis*: principium incommunicabilitatis et communicabilitatis invenitur in omnibus rebus perfectis in natura praeter quam in prima causa 17.40

principium intelligendi *et sciendi*: secundum rei veritatem eadem sunt principia esse rei et principia intelligendi et sciendi rem. Sed non eodem modo accepta sunt causa scientiae et rei existentis in natura, quia universaliter accepta causant scientiam et appropriata et particulata ad aliquam rem sunt principia esse in natura 18.5

principium rei: (…) multis rationibus disputavit ostendens (*sc.* Aristoteles), sicut et verum est, principia rerum proxima esse particularium particularia et corruptibilium corruptibilia 23.8

privatio: (…) essentia dans esse procedit a causa prima (…) Haec (…) essentia descendens privatur simplicitate et potestate plus et plus (…) usque ad ultimum ens quod minimam accipit entis differentiam et potestatem, et haec privatio est eius obumbratio vocata a philosophis 10.28

probabile: quaedam sunt in quibus quasi eclipsatur lumen intellectus ab interpositione obscuritatis materiae et privationis, et venit lumen super ea umbrosum et obscurum, sicut est in his quae probabilia tantum esse dicuntur 26.35 in probabilibus sunt argumentationes imperfectae et conclusiones acceptae cum formidine contradictionis 26.38 Probabilia (…) neque prima sunt et vera, quae luce intelligentiae sunt plena, neque ex primis et veris sumunt fidem, sed sunt quae communiter extrinsecus inveniuntur in rebus in quibus est quasi quaedam ultima resultatio luminis intellectualis cum multa umbra causata a materia et privatione, et ideo universales in talibus aut non sunt verae aut non sunt immobilis veritatis 26.40

processio: hoc (*sc.* lumen irradians) enim paulatim et paulatim clauditur et vim suae potestatis plus et plus amittit donec venit ad privationem, et in omnibus in quae procedit habet diversum esse et speciem, neque est unum nisi secundum processionem ab uno primo luminis fonte. Et (…) huic per

omnia similis est processio formarum a causa prima 9.42 quod est unum processione ab uno simpliciter est multa secundum esse et formam et tantum relatione ad causam efficientem univocam est unum 10.2
processus: ubicumque est esse intellectivum et sensitivum et vegetativum et motivum, ibi est una essentia et substantia simplex, sed multiplex in potestate, utrumque horum habens ex propinquitate sui processus ad primum a quo procedit 10.42
prophetia: multi viri illustres in hoc lumine (*sc.* intelligentiae sive divino) ordinem rerum futurarum praesciunt in ordine istius luminis et praedicunt (…) Huius (…) ordinis praescientiam quidam excellentiores philosophi vocaverunt prophetiam 46.7
pulchritudo: Studium (…) pulchritudinis ordinat et componit ab avertentibus 43.51
pulchritudo caelestis: scientia astrorum facit hominem pulchritudinem caelestem amare (Ptolemaeus) 42.38
puritas (intellectus): (…) modum quendam puritatis dicit circa intellectum. Haec (…) puritas ex quattuor conficitur, quorum unum est studium pulchritudinis, secundum (…) est acquisitio multae illuminationis, tertium (…) excessus separationis et quartum est applicatio cum lumine superioris ordinis 43.46

Quantitas imaginabilis: in quolibet [eo] quod intelligitur de omnibus intelligibilibus non intelligitur nisi lumen intellectus agentis, licet in aliquo intelligatur incorporatum in materia sensibili et in aliquo intelligatur incorporatum in quantitate imaginabili et in aliquo intelligatur clarum in esse simplici et intellectuali 36.49
